

# Sanctus bonauẽtura de in-
# ſtructione nouitioꝛuꝫ. ⁊ de quatuoꝛ
# virtutibus cardinalibus.



¶ De ingreſſu ordinis. Capit.j
¶ Doctrina cuſtodiendi linguam. Cap.ij
¶ De cuſtodia circa auditum. capitu.iij
¶ De cuſtodia circa viſum. capi.iiij
¶ De cuſtodia circa odoratum. capitulũ.v
¶ De cuſtodia circa tactum. capi.vj
¶ Doctrina ſequendi chorum. ca.vij
¶ Doctrina de dormitione. capi.viij
¶ De doctrina in refectorio. cap.viiij
¶ De doctrina in capitulo. capitu.x
¶ De doctrina confitendi. capitul.xj
¶ Doctrina de ſtudio. capit.xij
¶ Doctrina viſitandi infirmos. capit.xiij
¶ Doctrina recipiendi fratres. capitu.xiiij
¶ Doctrina requiſite nature. capitul.xv
¶ De modo complacendi prelatis. ca.xvj
¶ Doctrina de modo paupertatis. capit.xvij
¶ Doctrina de caſtitate ſeruanda. ca.xviij
¶ Doctrina intrandi villam. ca.xviiij
¶ Doctrina circa laboritium hũilē ꝛ puũ. ca.xx
¶ Doctrina colationis. cap.xxj
¶ De contentione vitanda. capit.xxij
¶ De modeſtia ludendi cum manibus. ca.xxiij
¶ Doctrina confeſſionis. cap.xxiiij
¶ Doctrina de modo confitendi. capi.xxv
¶ De modo dicendi culpas in capitulo. ca.xxvj
¶ Breuiloquium. capitulum.xxvij

¶ Doctrina ſurgendi ad matutinas.capi.xxviij
¶ Doctrina q̄liter d̄bes adder̄ aliq̄ in miſſa.xxix


## ¶ Bernard⁹ cõparãs ſeculũ religiõi

¶ In monaſterio eſt vita cõtemplatiua: in ſeclo eſt vita laborioſa. In monaſterio ē vita ſancta:in ſeculo eſt vita criminoſa. In monaſterio eſt vita ſpũalis:in ſeculo eſt vita carnalis. In monaſterio eſt vita celeſtis:in ſeculo eſt vita terreſtris. In monaſterio eſt vita quieta:in ſeculo eſt vita turbulenta. In monaſterio eſt vita tranquilla: in ſeculo eſt vita cõtentioſa. In monaſterio eſt vita pacifica: in ſeculo eſt vita iurgis plena. In monaſterio eſt vita caſta:in ſeclo eſt vita luxurioſa. In monaſterio eſt vita ꝑfecta:in ſeculo ē vita vitioſa. In monaſterio ē vita plena virtutibus: in ſeculo eſt vita plena vitijs. In monaſterio ē vita ſanctiatꝭ:in ſeculo eſt vita iniquitatis ¶ Audiſti frater chariſſime bona que ſunt in mõaſterio: audiſti mala que ſunt in ſeculo. Audiſti virtutes monaſterij:audiſti vitia ſeculi. Audiſti ſalutē monaſterij. audiſti ꝑditionem ſeculi. Audiſti vitam:audiſti mortem. Nunc ecce in ꝯſpectu tuo bonũ ꝛ malũ. Ecce añ oculos tuos ꝑditionē ꝛ ſalutē. Ecce añ te vitã ꝛ mortē. Ecce ignis ꝛ aq̃: extēde manũ tuã ꝛ elige qđ vis. ecce via ꝑadiſi. ecce via inferni. ecce via q̃ ducit ad vitã: ꝛ ecce via q̃ ducit ad mortē. ğ ambula ꝑ quã voluerꝭ. h̄ ſolũ rogo vt eligas meliorē.

# Incipit compilatio ſeraphici doctoris ſancti bonauenture de inſtructione nouitiorū.

## ¶ De ingreſſu ordinis. Cap. j

Fili cū exibis de egipto ⁊ terrā iſraelis intrabis. id eſt cū exibis de lacu miſerie ⁊ de loco vel luto fecis ⁊ religionē intrabis quattuor te oportet facere. Primum peccata tua generaliter confiteri. Secūdum adiſcere feruēter ⁊ ardēter orare. Tertiū officiū ſctē eccleſie adiſcere. Quartū te in ſeruicium fratrum exercere.

## ¶ De doctrina cuſtodiēdi linguā. ij

Fili accedens ad ſeruitiū vel ad ſeruitutē dei. Primo ⁊ ſup omnia cuſtodi linguā tuā. qꝛ qui ſe putat religioſum eſſe non refrenās linguā ſuā ſed ſeducēs cor ſuū. hui⁹ vana eſt religio. Cuſtodi linguā tuā dico a murmuratione a detractione. a mala reſponſione, a multiloquio. a ſilentij fractione: ab ocioſo ſermone. quia pro quocunq̨ iſtorū. vel ꝓ quocūq̨ errato deducet te dn̄s in iudiciū. Et ꝓptera bene noſti ꝙ poſtq̄ erraueris in lingua. nihil lucrabis ſed amittes. Hoc quidē de alijs corporis mēbris intellige qd̄ de lingua luculenti⁹ tibi enarraui. Et quia de corde exeunt oīa mala. Omni ergo cuſtodia cuſtodi cor tuū. Nam magnū caſtrū cuſtodit: qui cor ſuū cuſtodit. Cor tuū recipiat nullo modo cogitationes vanas. ſordidas. luxurioſas, ābicioſas, inutiles, ⁊ inanes. Et ſi q̄ndoq̨ illabit. illico eas abice ſigno crucis. ſeu pectoris tunſione. Miſer homo interdū a mane vſq̨ ad veſperas cogitat: ⁊ poſt cogitatus non inuenit requiem. ſꝫ labores. Ergo deſine inania cogitare. Quid eñ niſi afflictō ſpūs. ⁊ omiſſio temporis inuenitur? Delecteris in cogitādo mortē crudeliſſimā quā dn̄s ꝓ nobis voluit pati. Vel cogita quid in ſeculo comiſiſti. quātū in ordine profeciſti necnō reuolue in te tormenta reproborum ⁊ gaudia beatorum.

## ¶ De cuſtodia circa auditū. Cap. iij

Sepi etiam aures tuas ſpinis ⁊ noli audire linguā detrahentē. Homo eñ nō debet audire loqui de aliq̄ re turpi niſi honeſta ⁊ ſancta ⁊ nō vltra ꝓcedere.

## ¶ De cuſtodia circa viſum. Cap. iiij

Quid dicam de oculis?

Auerte ocłos tuos ne videāt vanitates. Nequi⁹
ocło quid creatū eſt? Nō licet intueri qđ nō licet
cōcupiſci. Dic igitur cuꝫ iob. Pepegi fedus cū
oculis meis, ne cogitarem de virgine.

## ¶ De cuſtodia circa odoꝛatum. ca. v

On delecteris in flagrā
n tia ſapoꝛum. Memento quia puluis es
ꝛ in puluerem reuerteris.

## ¶ De cuſtodia circa tactum. cap. vj

Anus aūt tuas ſemper
m iunctas habebis. non tamē cathena ma-
nuali, ſed vinculo ſpirituali. Rememoꝛa
documēta apłi. Bonū eſt mulierem nō tangere.

## ¶ Doctrina ſequendi choꝛum. c. vij

Fili nō pigriteris ad
hoꝛas canonicas ambulare. Secū
dam pulſationē minime ꝓſtoleris.
q̄nimo audita ꝓma pulſatiōe ad re-
quiſita nature ſi indiges feſtinabis
Cū aūt ingredieris templū. pꝛimo aſꝑgaris yſo-
po dicēs. Aſꝑges me ꝛc. Deinde frōti tue ſigno
crucis impꝛeſſo, intrabis eccleſiā dicēs orationē
Aufer a nobis cūctis iniquitates noſtras. vt ad
ſancta ſanctoꝛū puris mereamur mentibus intro

ire. Cum ad choꝛum ꝑueneris caput tuū reuerē-
ter ꝛ ꝓfunde inclinabis coꝛā altari verſus medi-
um dicens orationeꝫ. Adoꝛamus te chꝛiſte ꝛ om
nes eccleſias que ſunt in vniuerſo mundo. ꝛ be-
nedicimus tibi. quia per crucem tuam redemiſti
mundum. Exinde gradieris ad ſcalluꝫ tuū: ꝛ ibi
ante orationē ꝓpara animā tuam. ꝛ noli eſſe ſicut
homo qui temptat deum. Pꝛepara dico: exterio-
ra negocia poſtponendo. Illud qđ habes dicere
pꝛeuidendo. Interioꝛē ꝛ etiā exterioꝛē hominem
totuꝫ deuotioni recolligendo. Et dicas hymnū.
Rex xp̄e clemētiſſime. tu coꝛda nr̄a poſſide. vt ti
bi laudes debitas reddamus omī tpꝛ. Et maria
mater gratie: mater mie: tu nos ab hoſte pꝛotege
ꝛ hoꝛa moꝛtꝭ ſuſcipe. Glia tibi dn̄e q̄ na. ꝛc. Po
ſtea dic tria pr̄ nr̄ ob mēoꝛiā paſſiōis ieſu xp̄i. pꝛi
mū ꝛ ſcđꝫ. vt dn̄s faciat te ꝑticipē paſſiōis reſur
rectōis ꝛ aſcēſiōis. Tertiū ꝓ oib⁹ viuis ꝛ defun-
ctis. Poſt hec aūt duꝫ dixeris hoꝛas diſtincte ꝛ
aparte ꝓferas verba tua. De ꝑte tua nihil dimit
tas ꝛ partē alterā nō relinquas. Diligenter atten
de vt plus medullā litterarū ꝛ ſenſuū rumines.
q̄ꝫ aures aſtantium voce dulciſſonis neumatis
demulceas. Si autem pꝛopter impedimentum
vł negligētiā de ꝟbis ſacrꝭ aliq̄d ꝓtermiſerꝭ: poſt
finē hoꝛaꝝ ad rcōpēſatiōnē aliq̄d ſupaddas. ve
rūtn̄ tut⁹ i matutis. ſpālit̄ taꝫ ꝓpt̄ ſomnolētiā q̄ꝫ

ꝓpter ignorātiam vel negligentiaꝫ. antea partim
vel ex toto dicere matutinas. Porro ī choro hu
militer te geras. Nam ſi cantor aliq̄d tibi comiſe
rit. facias aio diligēti. niſi forſan aliqua cauſa ra
tionabili fueris ꝑpeditus. Et tūc humiliter te ex
cuſes. Quicquid legis vel cātas totū facias ad
deuotionem nō ad vanā gloriā. Deuota em̄ offi-
cia vel obſequia. placere deo ⁊ hominibus dino
ſcunt. In choro etiā deuote ⁊ honeſte ſtudeas ꝑ
manere. Manus quidē in modū crucis vel colli
gatas teneas. oculos demiſſos habeto. erectus
nō ſtando vel iacendo. vel cōſopitus in ꝯſpectu
angelorū debeas cōparere. Ita facias vt ſemper
repreſentes te imagini crucifixi. honeſtatē etiā in
om̄ibus pretēde. Oportet etiā mulieres inhone-
ſte nō circūſpicere. Diſcurſum in choro quātum
poteris euitabis. Si aūt diſcurrere te oportebit
aliquādo: incedas greſſu cōpoſito ſicut decet. in
tantū vt circumſtātes occaſionē nō habeāt iudi-
candi. Diſſolutiones iuuenū nō auertas. ne forte
cū dolore temere patefacias dentes tuos. Cuſto
di ſilentiuꝫ. quia ſi in aliis locis obſeruari debet.
potius in choro ⁊ artius cuſtodiri. Magna ſiq̄
dem verecūdia eſt plectendus qui in loco tā terri
bili vbi ſunt angelorū ciues: verbis ocioſis ⁊ fa-
bulis occupatur. Cum in eccleſia vel alibi aliq̄d
recitabis. nō tibi attribuas ſed largitori bonoruꝫ

gratias largiaris dicens. Nō nobis dn̄e nō nob.
ſed nomini tuo da gloriā. Quid em̄ habes quod
non accepiſti? Et ſi accepiſti: q̄d gloriaris quaſi
nō acceperis? Et ſi verba cantionū alicubi reſo-
nas. multomagis debes in eccleſia deū voce mel
lea collaudare. Preſertim cum diuina ꝓuidentia
tibi contulerit vocē bonā ꝑiter ⁊ ſonorā. Quid ſi
tibi vox nō fuerit gratioſa. oīno tacebꝭ? Nequaq̄
Sed conare facere quod valebis. Naꝫ plus pla
cet auribus dn̄i vox bouina cuꝫ deuotione prola
ta. q̄ indeuote concentus melliflꝰ philomene.
Ita tn̄ te habeas in clamando ſeu cantādo vt tu
ſemꝑ voci ꝑdomineris: ⁊ non vox ſuꝑ te accipiat
principatum. Poſt horas aūt ſemꝑ aliquid ſuꝑ
addicias. vt poſſis dicere cū pſalmiſta. Addiciā
ſuper omnē laudē tuā. Hoc tn̄ attendas. q̄ neq̄
ocium debes ſuꝑ omnia vitare. Naꝫ multa mala
docuit ocioſitas. Ipa em̄ eſt ſentina viciorū. ſpi
ritū extinguit, carnalitatē augmētat, deū a ſe elō-
gat ⁊ curiā ciuiuꝫ ſuꝑnorū. Semꝑ aliq̄d boni fa
cito vt te diabolꝰ inueniat occupatū. ſiue legēdo
ſiue meditando ſiue orādo. ſiue etiā oꝑando. Ad
huc aliquid tibi ſuꝑaddo. Os nō purgabis infor
mis ſed extra vel in loco deputato. Cum fratres
ſunt inclinati: ante eos minime ꝑtranſibis. Valdē
em̄ abſurdum eſt vt reuerētia que fit tremēde ⁊ in
diuidue trinitati ſit ab homīe prepedita. Quādo

nanq₃ ſancta trinitas nominatur. terram vt ita di
cam debet homo emordere. Cum fratres ſunt ꝓ
ſtrati. ⁊ chorus eſt artus. ſup eos ꝑtranſire nō de
bes. Noli pigritari libro appropīquare. quia qui
in labore hominū nō ſunt. cum hominibus non
flagellabuntur: ſed partes vulpium erunt. Incli
nationes facias ꝓfunde ⁊ reuerenter ⁊ paulatim
⁊ nō repente ⁊ donec dicat̄. ⁊ ſpūi ſctō nō ſurges
Qñ dicit̄ ſci dei oēs ſtab̄ eregiōe Illō idē facias
in lectōe euāgelii. ⁊ in ite miſſa eſt. Inſup libros
diligēter tractab̄. ⁊ cādelā caute ſiliter baiulab̄.

## ¶ Doctrina de dormitione. Ca. viij

Fili qñdo itrabis lectū
te ipſū ⁊ lectū cruce ſaluifica cōſignabis
dicēs. Per crucis hoc ſignū. fugiat ꝓcul
omē malignū. Et per idē ſignū ſaluetur quod q₃
benignū. Et ſi incētiua libidinis te moleſtēt ſur
ge nō tardab̄. Hoc eſt enī ſaluberrimū documē
tū ad motū luxurie releuandū. ſc₃. vt veſica ſepe
euacuet̄. Tñ ad verā caſtitatē ſeruandā. tria ſunt
neceſſaria. Primo vt cordis hūilitatē habeas.
ſcdo vt viſū ⁊ auditū cuſtodias. ⁊ loqui cū mu
lieribus ⁊ audire eas abhorreas. Tertio vt ſuper
fluitatem victus ⁊ ſomni euites. quia ſunt incen
tiua peccati. Et ſi forte pompa luxurie te cōcuſ
ſerit. recordare dilectum tuū in cruce poſitum: ⁊
dic in corde tuo. Deus meus pendet in patibulo

⁊ ego voluptati opam dabo: Nemini oculos in
faciē defigas ⁊ maxīe mulieri. Cōſortia iuuenū
quātū poteris deuita. Cū ad lectū lapſus deue
neris te honeſtiſſime iacēdo cōponas. Non ſupi
nus iaceas, nec genua leuādo, ne calcaneos iun
gas ad tibias. Interdū cū in lecto pānis fueris
cooptus. hanc orōnē tertio recitabis. O btā ma
ria ꝟgo mat̄ caſtitatis. iunge renes meos lacte pu
ritatis amen. cū orōne dñica ⁊ credo. Et qm̄ multi
ſolēt ī h̄ vicio ēe vicioſi idō dico tibi hora ſurgē
di nō ſis tepid⁹ irrcutiēdo ſtati a te ſomnū. Nā
in illō interuallo modico q̄d lucraris: Forſitā ho
ſtem tuū calefacis. Manus extra tunicā nō int⁹
moneo te habere. Qñ aūt ſurrexeris: dices q̄nq̄es
Pat̄ nr̄ ꝓpter. v. vulnera ieſu xpi. Man⁹ ⁊ lat⁹ ⁊
pedes tuos pit̄er cōpūgendo. Deinde dices cāti
cū gradū ⁊ q̄cq̄d aliō tibi dñs īſpirauerit. Poſt
matutinas xpo dices. vij. ps. cū letania vel qō tibi
dñs dederit. Ve₃ q̄ neſcit tenere modū ōfacili p̄t
deficer̄. Ideo uolo te ſp̄ comunē ducere vitā. Cū
dormientib⁹ dormi. ⁊ cū vigilātib⁹ vigilato. cum
prādētib⁹ prāde. cū ieiunātib⁹ ieiunato. niſi for
ſan ꝯplexio tua vl̄ infirmitas reqrat aliō q̄ p̄dici
Cū p dormitoriū incedas nō facias ſtrepitū cū
pedib⁹ ne alios inq̄etes. Cū cādelā aſcēſam por
tauer is. lumē abſcōdas ne ocli q̄eſcētiū offendant̄

## ¶ De doctrina in refectorio. C. viiij

F'Ili non ſoluȝ in loco
orationis verū etiā in loco refectio
nis te gere humiliter ⁊ deuote. Cū
ergo audieris refectionis cāpanil-
lam. ſurge velociter. ⁊ dic. Dn̄e ex-
audi. primu. Quādo vadis ad cenaȝ dic. Beati
oēs. Qn̄ autē lauas manus dic. Vidi aquā egre
dientē de templo a latere dextro. Laua qđ eſt ſor-
didum: riga qđ eſt aridum. flecte qđ eſt rigidum
⁊ pater noſter. Deinde cuȝ tergeris manus tuas
dic. Abſterge deus omnē maculam ab aīa mea. ⁊
pater noſter. Porro cū ſederis teneas caputiuȝ
ꝓfunde. dic ter pater nr̄. primū ꝓ illis qui ſunt in
caritate. ſcđm ꝓ ſtantibus in peccato mortali. ter
tiū ꝓ illis qui in purgatorio cruciant̄. Poſt pa-
ter noſter dic confirma hoc deus qđ opat⁹ es in
nobis a templo ſctō tuo qđ eſt in ieruſaleȝ. Poſt
ſcđm dic. Illuminare hiis qui in tenebꝛ ⁊ in vm
bra mortis ſedēt. ad dirigēdos pedes errātiū in
viā pacis. Poſt tertiū vero dic. requiem eternaȝ
dona. ⁊c. Interea qn̄ menſaȝ intrabis ſuꝑ ſedilia
nō aſcendes. niſi forſitan ille tranſitus nimiū ſit
aſtrictus vel anguſtus. Poſtq̄ autē in loco tuo
fueris collocatus. dic pro benefactoribus vnuȝ
pater noſter ⁊ aue maria. ℣. Cibabis nos pane
lacrimarū. ⁊ potū dabis nobis in lacrimis in mē

ſura. Exinde extrahe caute cultellum ⁊ paulatiȝ
incipies ſcindere panē tuū dicens. Dn̄e ieſu xp̄e
rogo te q̄ des mihi gratiā vt comedam ad neceſ
ſitatem ⁊ nō ad ſuꝑfluitatē amē. Hoc tn̄ attende
q̄ prius debes comedere panē duriorē ⁊ groſſio
rem. Verecūdū eſt eīn̄ primo panē ſimilagineum
⁊ poſtea ordeaceū mādūcare. Nō oportet in quo
libet obolo terger̄ manus tuas. ſed cautelā aliq̄
indagabis ita vt touallia non deturpent̄. Repre-
henſibile eſt nanq̄ȝ cū apud te poſita fuerint ma-
pa mūda ⁊ tā cito appareāt deturpata. O q̄ ma
gna virtus eſt cariſſime qui ſcit eſurire ⁊ ſitire ⁊
penuriā pati. Hiis ergo que tibi apponūtur ſuf-
ficiens eſto ſemꝑ. Qm̄ niſi ſis ꝯtentus in animo
ventrē tuū nūq̄ poſſes ſatiare etiā ſi comederes
vnū bouē. Si aūt cōtentus fueris te cena breuiſ
ſima ſaciabit quia qđ videt̄ deficere dn̄s ſuperad
det. Magna quippe vilitas ꝓ cibo litigare. aut
etiā murmurare. Regnū dei nō eſt eſca ⁊ potus.
Caue diligēter ne dicat tibi dn̄s. fili: mihi i cruce
poſito dederūt in eſcam meā fel ⁊ in ſiti mea po-
tauerūt me aceto. ⁊ tu vis vti cibis ⁊ potibus de
licatis: Hec tibi regula ſit q̄ ſi panis vel vinum
aut pulmētum nō vt vis fuerit p̄patum. accipi-
to placide. ⁊ ita tibi videbitur fauus mellis. Et
preterea ſi hodie minus bene comederis cras ha
bere poteris abundanter. Quare ergo deū ⁊ pri-

mū irritabis: Caue ne intereas morſu ſerpentiū
ignitorū. In menſa em̄ non tm̄ ventrē ſed etiam
mentē reficere debes. Memēto vt ſis ibi honeſt⁹
Oculos demiſſos habeto. Aliorū noli circūſpice
re portiones. Inclina caput ſeruitori cū tibi ali-
q̄d miniſtrabit. Quādo bibes ꝛ qñ tibi pulmētū
aliquod apponet̄ dic aue maria. Ciphū nō acci
pias niſi terſſis manibus ꝛ bolo antea deglutito
Quicq̄d ibi feceris facias cū cautela. ne lare ma
nice ruborem in facie tibi faciant apparere. Non
nimis impleas ciphū ꝛ in fine nil vini remaneat
in eodem. Nō tibi ſit vanum vinū bene ꝛ cōgrue
temparē. Cū comedis noli parapſidē amplexari
nec curuus ſis nimiū ſuꝑ eam. Noli etiaꝫ nimis
comedere feſtinanter. ſed paulatī paſcere te opor
tet. Non effundas te ſuꝑ omnē eſcā ſꝫ ſtatue cul
truꝫ diſcretionis in gutture. Debes em̄ ſcire ꝙ ex
nimia comeſtione creſcit ydropiſis ꝛ pallor in fa
cie. Sicut ex nimio potu frequēter palipſis gene
ratur. Memor etiā eſto ꝙ ibi comedis ꝛ bibis ſan
guinē ꝛ ſudorem peccatorū. Si aliquis ibi vl̄ ali
bi aliq̄d officiū tibi comiſerit. ſtatim caput tuum
debes inclinare niſi aliq̄ꝫ iuſtā cauſam habueris.
Et tunc excuſa te ſicut decet. Os tuū vel dentes
in refectorio nō lauabis. Sꝫ in alio loco ab alijs
ſequeſtrato. Os tuū ſub menſa purgabiſ. Naſuꝫ
vero cum gremio tunice vl̄ cum fimbria mantelli i

tui mūge. Nō petas ſal vel aliq̄d dum frater ma-
num teneat in catino. Cū tibi aliquid oblatū fue-
rit. ꝛ recipere nolueris caput tuum inclina. Poſt
comeſtioneꝫ nō accedas ad fratres ne dicas vel
audias que tibi nocent quia in illa hora maxime
excedit hō in verbo. Enſenia de mēſa in menſam
ne mittas. Si vis dare fratribus qui ſunt ꝓpe te.
exhibebis. ſi ꝑpendis ꝙ indigeāt ꝛ velint accipe
re. Signū nō facias nec aliq̄d petas niſi in neceſ
ſitate. Semꝑ cū timore comedas ne in aliquo ex-
cedas. Et nō comedas ad ſaporē. ſed ad neceſſi-
tatē. Vinū tibi ꝓpina ꝛ tibi ſcinde panē. Quādo
ſcindes caſeū ſcinde ꝑ lineā rectā nō ꝑ cōcauita-
tē. Poſt ꝯmeſtionē ꝛ grās debes dicere. Glīa in
excelſ⁹ dō. Ad te leuaui oclos meos. Et de ꝓfun-
dis. Pat̄ nr̄. ꝑ fidelib⁹ defunctꝭ. ℣. Orem⁹ ꝓ bn̄-
factorib⁹ nr̄is orō. Pretēde dn̄e famlis. et abſol
ue q̄s. Salue regina. cū orōne. ꝛ ſctē franciſce cū
orone. Et oēs ſcī tui dn̄e nos vbicūqꝫ ꝛc. vl̄. vij.
ps penitētiales/ vna die ꝓ viuis alia ꝓ defunctꝭ

## ¶ De doctrina in capitulo. Cap. x

F Ili qñ ibis ad capitulū
dic vtinā dirigant̄ vie mee ad c. Tūc nō ꝯfundar
cū ꝛc. Cōfitebor tibi i dir. cor. ꝛc. pr̄ nr̄. deīde cū ī
capitlo fuerꝭ ītogreſſ⁹ nō ſtatiꝫ ſedeb̄ ſꝫ fr̄es ātea
expectab̄. reuera cū dixeris culpā tuā nō leuiges

eam. hoc eſt nõ facias eã minorẽ excuſando te. quia tali excuſatiõe nec deũ placas nec primum edificas, nec animã tuã purificas. Hoc tñ atten de ꝙ de manifeſtis offenſis tñ debes te accuſare Memẽto etiã ꝙ ſi aliquis duxerit ad mẽoriã cul pã tuã nõ diſpliceat tibi. ſꝫ eã ſimiliter recogno ſce. Qñ enim frater accuſat te debes intelligere ꝙ caritas eũ trahit: Si aũt bene cognoſcis ꝙ ab il lo crimine ſis immunis nõ cũ clamore ſed cũ mo derantia te excuſes. Nullus tamẽ debet accuſare aliũ niſi ſit caritate conditus. Ea que in capitu lo recitant̃ mẽoriter teneas. ſpãliter obedias que ſibi iniũgunt̃. ordinationes que ibi cõſtituuntur. ⁊ recomẽdatiões quas ibi videris explicare. nec nõ ⁊ alia ſalubria documenta.

¶ Doctrina confitendi. Capitu. xi

Fili ſi vis ad virtutis apicem pũenire: ſic̃ frequẽter obmi ſis ⁊ comiſis ita frequẽter debes cõ fiteri. In confeſſione eñ pctã lauã tur: virtutes augent̃. ⁊ non habenti gr̃a cõfert̃. Om̃ia quidẽ pctã tua confitearis de quibus cõſcientia te accuſat ſimpliciter atꝗ pu re. Item cũ vadis ad cõfitendũ dic. Dixi confi tebor aduerſum me ⁊c̃. Unũ ſacerdotem habeto. cui etiã cõſcientiã denudabis. Noli mutare pro pter verecundiã aliquã cõfeſſorẽ. dicendo vnam partem vni ⁊ aliã alteri. quia talis non eſt muta tio dextere excelſi.

¶ Doctrina de ſtudio. Capitulũ. xij

Fili qñ vadis ad ſtu diũ dic. Declinate a me maligni ⁊c̃. Reuela oclos meos ⁊c̃. Deinde cũ reuerẽtia aperi librũ. ⁊ verba ſacra corde ⁊ ore ſtudeas ruminare. Et ſi aliq̃d difficile inueneris interroga doctores. ⁊ in terrogando nõ multũ ipm̃ inquietes. Teſtũ poſt cenam. ſed queſtiones prouide ante cibũ. Cum aũt de libro receſſeris ſemꝑ aliq̃d tecũ porta. In ſtudendo charitatẽ habeas ordinatã. Primũ de te ⁊ cõtra te auctoritatẽ dicens. Ve mihi quia in hoc vitioſus ſum. Nõ tñ reuerentiam ⁊ charita tem verũetiã diſcretionẽ habeto. Nam ſi aliquis dixerit tibi frater adiuua me ad miſſam vel ad ali quid aliud: ilico claude librum ⁊ adiuua fratrem tuũ. Memẽto ad quid veniſti vel ad quod ſtudi um. certe nõ vt eſſes phus aut poeta ſꝫ vt ſalua res animã tuã. viuẽdo in obediẽtia, paupertate, ca ſtitate ⁊ charitate. Et ſi noueris te aliquã ſcienti am habere: non ꝑpter hoc eleues te ſuꝑ te. ſꝫ ma gis humilia ſpm̃ tuũ. Scio eñ quia deus ſuper bis reſiſtit: hũilibus autẽ dat gratiã. Propterea

recognoſce quia dū tu ſtudes. frater tuus qui foꝛ
te eſt melioꝛ te in coq̄na ꝑpter te eſtuat laboꝛādo

¶ Doctrina viſitandi infirmos. xiij

FIli fratres infirmos
ſemel ſaltem in die viſita. Cū infir‑
mitoꝛiū intrabis diceſ. Aura coꝛrū
pens peſtilens. ⁊ omīs infirmitas
diſcedat ab hoc habitac̄lo tuo dn̄e
Interea videbis eos. ⁊ aliqua verba cōſolatoꝛia
dices ſibi. Et ſi indigēt aliquo ſeruitio tuo ſcilicꝫ
ſternere lectuꝫ. excutere tunicas ⁊ huiuſmodi. Si
quādo fueris infirmatus debes domū mundam
tenere. tempeſtiue ea que p̄paranda ſunt ꝓparare
nō abhoꝛrere oꝛinale. peluiꝫ euacuare. terger̄ ſani
em. paniculoſq́ꝫ lauare. Ex hoc ei magis in amo
re firmabis. iuxta ſentenciā ſapientis. Et ſi quan
do tu fueris infirmitate grauatus. patientiā ha‑
be ⁊ recoꝛdare quia ꝑ multas tribulationes opoꝛ
tet nos intrare in regnuꝫ celoꝛum. Et ſi foꝛte fra
ter non ſeruit tibi ad voluntatem tuam: non mole
ſtes eum. ſed ſuſtine ⁊ dic in coꝛde tuo. Uere pꝛo
pter pctā mea talia ꝑpeti meroꝛ ego miſer pec‑
catoꝛ. Recoꝛdare etiā quāta ſuſtinuerunt patres
nr̄i videlꝫ ſanct⁹ iob. ⁊ thobias. ⁊ beatus franci
ſcus ⁊ quātā paciētiā habuerīt. ⁊ quō gaudebāt
in infirmitatib⁹ ſuis ⁊ dic. Si nō poſſuꝫ vnā ho‑

hꝛē ſuſtinere. quō ſuſtinerem crucis patibulum.

¶ Doctrina recipiēdi fratres. c. xiiij

Fili quādo fratres ve‑
f niūt de via recipe eos gaudēter. Pl⁹ pla
cet interdū panis ⁊ aq̄ cuꝫ vulto ſereno:
q̄ꝫ cū rugoſa fronte altilia ⁊ vitulus ſaginatus.
Pꝛio lauab̄ pedes eorū. cōſuat] tn̄ ātea reb⁹ ſu
is. Deiñ ſterne ſibi lectos ⁊ mātellos ſꝫ ꝯgruētiā
tꝑꝛis exhibeb̄. Poſtea ſibi coꝛꝑis neceſſaria p̄pa
rab̄. Semꝑ tn̄ cū bono ſolatio ⁊ hōeſto. Secreta
cōuent⁹ ⁊ etiā ꝑuicie nō eis reuelab̄. Et caue tibi
a malo exēplo. ⁊ oſtēde te multū ſobꝛiū coꝛā eis.

¶ Doctrina requiſite nature. c. xv

Fili cū vadis ad requiſi‑
f ta nature. coopi caput tuū v̄ecūdia duct⁹
Mātellū nō poꝛtab̄ illuc vl̄ ēt alibi niſi
fuer] aliq̄ neceſſitate aggrauat⁹. In tali loco noli
ꝯtraher̄ lōgā moꝛā. noli ēt ibi facer̄ orōnē vocalē

¶ De mō cōplacendi pꝛelatis. c. xvj

Fili ſi vis in pace viuere
f in oꝛdine tuo. pꝛelato tuo tanq̄ꝫ patri tuo
obedi. Cum p̄latus tuus dixerit tibi fac
hoc. Dic in coꝛde tuo. Ut iumentum factus ſum
apud te. ⁊ ego ſemper tecum. Obedientia tua ſit
ſine moꝛa ſine murmure. ⁊ ſine tepiditate. ¶ Ita

facito ſemꝑ vt coꝛ ꝑlati tui ſit ſerenū tibi pariter
⁊ deuotum vel tranquillum. Et ſi quando tibi lo
quatur acerbe. paciētiaȝ habe. Homo eñ nō ſem
per in eodeȝ ſtatu permanet. Nōne xij. hoꝛe ſunt
in die: Si mane iraſcitur tibi. veſpe tecuȝ diuidet
eſcam. Debes etiaȝ ſcire. ꝙ multomagis eſt obe-
dire homini ⁊ ei ſubiacere ꝓpter deū ꝙ̄ dn̄o obe-
dire. Quia quicūqȝ obedit creature ꝓpter creato-
rem, obedit creatoꝛi ⁊ creature. Si eſſes intētus
in lectione. ⁊ etiā in tanta deuotiōe poſitus ꝙ lo-
quereris cū angelis ⁊ vocareris ab hoīe cui ſub-
iectus es ꝓpter deū: ſtatim debes collocutioneȝ
angeloꝛum dimittere. ⁊ tuo pꝛelato obedire.

## ¶ Doctrina de mō pauꝑtatis. c. xvij

F Ili dilige pauꝑta-
tem. ipā eñ te diriget ⁊ ꝑducet ad
regna celeſtia. Nihil habebis. ni-
hil dabis. nihil accipies ſine licē-
tia ꝑlatoꝛū. Religioſus nāqȝ nū-
ꝙ̄ poteſt habere ſine triſticia. Da
ꝑlato tuo que habes ſi petat. Res tuas libenter
accomoda. Si aliquis aūt rem tuā deſtruxerit nō
nimium doleas. Memēto qꝛ hec oīa tamꝙ̄ vm
bꝛa decurrūt. Dico tibi felix eſt ille religioſuſ qui
nihil oīno habet. Iſte talis eſt de quibus ait pſal
miſta. Sicut ſagitte in manu potētis: ita fi. excu.

Filij excuſoꝛū ſunt illi qui excuſſi ſunt a puluere
oīm mūdanoꝛū. quibus cū dicitur ite ad talem lo
cum parati ſunt ad eunduȝ. ſicut ſagitte a manu
foꝛtium deſtinate.

## ¶ Doctrina de caſtitate ſuāda. xviij

F Ili nō tm̄ obedientiam
⁊ pauꝑtatē ſeruare teneris. ſed etiā ſacra
tiſſimā vel ſinceriſſimā caſtitatē. Si vis
ergo eā cuſtodire. captiua oīa mēbꝛa tua in ob-
ſequio ieſu xp̄i. Cum aliqua mulier pulcra ⁊ com
pta occurrerit tibi ⁊ ocłus inceſtus qui ad hec ꝓ-
nus eſt voluerit eam vel cōcupiſcibiliter cupide
intueri. dic. O ocule nequā iā in captiuitate poſi
tus, qd ergo circūſpicere pompā ſeculi, pabuluȝ
moꝛtis, blādimētuȝ facinoꝛis ꝯcupiſcis: Viſne
interficere me. ſicut multos interemiſti: De hac
materia ſatis ſuperius dictum eſt.

## ¶ Doctrina intrandi villam. xviiij

F Ili quādo intrabis vil-
lam ſigna te ſigno crucis. ⁊ muni te cli-
peo oꝛationis ⁊ dic. Auerte oculos me-
os ne videāt vanit. Noli circunſpicere vicos ne
videas que noceāt tibi. Sociū tuū ſine loqui. Et
non placeat tibi multum intrare villam. quia ibi
parum etiam lucratur homo ſanctus.

¶ Doctrina circa laboritium humi-milem ⁊ paruum. Capitulum. xx

Fili cū pulſatur ad olera
f vel leguīna expiāda vł piſces excamādos ⁊ talia hmōi. eſto primus in acceſſu ⁊ vltimus in regreſſu. Cū ad cōgregationē fratrū acceſſeris dices. Dixi cuſtodiā vias. ꝟ. poſui ori. ⁊c. ꝟ. Pōe dn̄e cuſtodiā ori mō ⁊ oſti. c. i. l. m. Et cū fueris ibi labora ſolicite ⁊ deuote. Memēto q2 q̄ nō laborat non māducet. Et labores ma. tua. ⁊c.

¶ Doctrina collationis. Capi. xxi

Cum pulſatur cāpana maior ad collationē: ſtatim ibis ⁊ ſtabis ante refectorium. vt ad pulſationē campanelle intres ordinate. Et caue tibi a ſuperfluo potu ⁊ etiam animo forti ne noceat tibi in nocte vel etiam in matutinis. Recordare quia exultatio anime ⁊ corporis ſobrius potus. Amaritudo anime vinum multum potatum. Vinum tempera.

¶ De contentione vitanda. ca. xxij

Fili caue tibi ⁊ precaue
f ab omni contentione. Iterum dico tibi caue. Noli ꝯtēdere ꝟbis. Et ſi alij cōtra te ꝯtēdere voluut. tanq̄ a facie colubri pnice curſu fuge. Porro ſi contumelias audiueris: finge te non audire ⁊ etiā nō curare. Et dic in corde tuo. Benedictus ſis dn̄e quia talia mereor audire. Noſti quidem bene q̄ ſi fratri pro meritis reſpōdebis mordebit te cōſcientia. ⁊ eidem habebis dicere culpam tuam. ⁊ habebis forſam in capitulo diſciplinam. Porta ergo in mente tua illud prouerbium antiquorum. Ille viuit in pace. qui audit. videt ⁊ tacet.

¶ De modeſtia ludēdi cū māib⁹. xxiij

Fili vere religioſus in omnibus debet eſſe modeſtus.
f Noli ḡ manibus iocari ſic̄ faciūt ſeculares. Audiuimus eñ ſepe ⁊ vidimus. qm̄ ludus generat trepidum certamē ⁊ irā. Exinde ipa ira vertit̄ in odiū ⁊ qn̄q3 in bellū inteſtinū. Et ſi forte oportebit te iocari ꝓpter importunitatē alicui⁹ vel tuā. Permittas te potius ſuperari q̄ ſuperare. Nūq̄ inludēdo tuā fortitudinē oſtendes. Quid ſi ſuperabis yſacar aſinus fortis cenſeris. Et ad ſuportanda onera grauia tuis humeris ꝯpelleris. Verba boni ſolatij interdū dicere potes. Ita dum taxat ſi cognoſcis q̄ non diſpliceāt audienti.

¶ Doctrina confeſſionis. cap. xxiiij

Ali cum volueris confi-

f teri. debes cōſiderare quot modis homo peccat. Homo enī peccat tribus modis In deū: In ſeipm: In pximū. In deū duob9 modis. τ dicā groſſo modo. vel cū aliqs facit qđ nō debet facere. vt eſt trāſgreſſor mandatorū dei vel cū nō facit que debet facere vt nō diligere τ nō timere deū. In ſe peccat hō duob9 modis in aīa τ in corpore. In aīa duobus modis. vł cuȝ facit que nō debet facere. vt cōcupiſcere vł cū nō facit que debet vt diliger̄ τ hmōi. In corpore duobus modis vel cū facit que non debet facere. vt fornicari. vel cum nō facit que debet facere vt nō orare In proximo peccat homo duob9 modis. in anima τ in corpe. In anima cum eius intentionē in dicat. In corpore cum ſibi malum facit τ huiuſmodi. Confitere ergo ita.

¶ Doctrina de mō cōfitendi. c. xxv

Dico meā culpaȝ deo τ vobis pater de oībus peccatis meis. de mādatis dñi τ cōſilijs ei9 que nō obſeruaui nec obſeruo ſicut debeo. Et etiam d̄ obediētia τ paupertate τ caſtitate que nō obſeruaui corde. ore. τ ope ſicut teneor. De conſtitutiōibus τ ordinationibus quas fregi quandoqꝫ. Dico meā culpam quia nō diligo nec timeo nec honoro deum ſicut debeo. De ingratitudine quia cuȝ dñs me fecerit ad imaginē τ ſimilitudinē ſuam. et cum eduxerit me de lacu miſerie τ de luto fecis. τ poſuit me in ſanctā religionē: nō regratior ei nec ſcio reddere gratiarū actiōes ſicut debeo. De paſſiōe dñi noſtri ieſu xpi quā nō porto in meipo ſicut debeo τ teneor. nec lachrimor ob mēoriā eius. Dico meā culpaȝ quia peccaui in anima mea. per ſupbiam auariciā: triſtriciā. irā: vanā gloriā. De prauis τ immundis cogitatiōibus quas nō expello de corde meo ſicut debeo. De concupiſcentia carnali. De hoc ꝙ nō exerceo animā meā. ad pietatē ad compaſſionem ad deuotionem. dico meā culpam de corde meo in pctō luxurie. De motu carnali cui nō reſiſto fortiter ſicut debeo. De polutiōe nocturna. Debes aūt ſcire ꝙ pollutio nocturna venit ſex modis. Ex crapula. ex p̄cedēti cogitatiōe. ex labore. ex ſupfluo humore. ex innanitione. ex diabolica illuſione quaȝ habui in nocte iſta aū matutinū. De ſupfluitate in cōmedēdo τ bibēdo. quia poſſum facere aliquā abſtinētiam τ nō facio. Excedo etiā modū in quātitate τ qualitate De qnqꝫ ſenſibus quos nō ordino ad ſeruicium dei ſicut debeo. Uideo quādoqꝫ illicita. delector quandoqꝫ in ſpeticrum fragrantia. tango qnoqꝫ

nō tangēda. ⁊ delector. De verbis ocioſis ⁊ inna
nibus ⁊ falſis. Et nō oro ꝑ benefactoribuſ. ſicut
debeo ⁊ teneor. De diſſolutionibus quas quādo
q̄ȝ facio. in ridendo / in ludēdo ⁊ multis alijs. De
officio dei qđ negligenter dico ⁊ cū modica deuo
tione. quādoq̄ȝ vnū dico ore aliud corde. De in-
deuotione. nō paro me ad deuotionē ſicut debeo
De amiſſione tp̄is qđ male expēdo. poſſeȝ eñ fa-
cere aliqđ bonū ⁊ nō facio ⁊ ſic de alijs. Nō ſem
per te oportet facere longā cōfeſſionem. ſȝ breui-
ter te expedias dicens culpam tuam. de quibus
conſcientia tua reprehendit te.

## De mō dicēdi culpā in capitl'o. xxvi

Ico meā culpaȝ deo
⁊ vobis pater de om̄ibus peccatis
d meis. ſpāliter quia tali die veni tar-
de ad horas. quia erraui ī choro in
tali re. quia fudi vinū vel aquā ſuꝑ
mēſam. q̄ȝ fregi ſilentiū. necnō ⁊ de alijs offenſis
Qñ trāſis ꝑ cimiteriū. dic. Qui lazaruȝ re. pr̄ nr̄.
⁊c̄. oratio. Deus cui⁹ miſeratione. ⁊ Abſolue

## ¶ Breuiloquium. Capitulū. xxvii

Ali quodam breuiloqui
f um tibi ſuꝑadiūgo. Omnē tribulationeȝ
libenti animo ſuſtine. In tribulatiōibus
gaude. De bono ꝓximi tui gaudeas. đ malo eius
compatere ⁊ ora ꝓ eo. ¶ Inferiorem ⁊ viliorem
om̄ibus te exiſtima. Inceſſus tuus ſit maturita-
te plen⁹. Triſticiaȝ inter fratres diſſimula. Riſus
tuus nō ſit excuſſus. ſȝ ſine dente. tuis etiā inter-
pone gaudia curis. Cum fueris ſolus. ſemꝑ ali-
q̄d boni facito. Qñ cū alijs fueris. oſtēde te beni
gnū ⁊ humilē. cōuerſare affabiliter cū illis quos
videris timorē dei habere. Adiuua fratrē tuuȝ li
benter. Femoralia ſalteȝ in hebdomada ſemel la
uabis. Non ſis piger ſeruiendi ad miſſam vel ad
mēſam ⁊ etiā ad excutiendū tunicas fratrū. Mo
res honeſtorū fratrū cōſidera ⁊ eos imitare pro
poſſe. Cōuentū tuū ſequere q̄ȝ magna virtus eſt
Eſt eñ bonum quātum ad corpus ⁊ quātum ad
animā. Si offendiſti fratrem nō verearis ſibi di-
cere culpā. Nō mittas nūtium ad ſeculares. nec
loquaris cū eis ſine licentia. Qñ fratres ſunt cō-
gregati in verbis nō accedas ad eos. Infra diem
nō bibes: niſi neceſſitate coactus. Os eñ ſerui dī
debet eſſe. os ſpiritus ſalutis. ⁊ nō os vinariaꝝ
Non delecteris frequenter intrare coquinam niſi
habeas ibi facere. Ad portam non vadas ſine li-
cētia. Cādelā ita extiguas ꝙ fum⁹ nō aſcēdat.
Si cātas cū aliq̄ nō habēti ita bonā vocē ſicut tu
ꝯdeſcēde ſibi. ſi facis ecōtra ꝯ͂ charitatē facis.
Qñ deponis mātellū tuum de collo tuo ponas

in loco honeſto complicatum. ⁊ minus q̄ potes
portes eū. Pulchrius eſt eñ ꝙ frater incedat cū
habitu q̄ clamide clamidatus. Si ceciderꝭ in fra
gilitatem nō tardabis de die in dieꝫ cōfiteri. ſed
eodem die cōfiteberis. dicēs qualiter tibi accide
rat ⁊ dices. vij. p̄s vel aliq̇d tale. Admonitiōes q̄
tibi dicūtur nō ꝓiicias poſt tergum tuū. qꝛ q̇ ſper
nit modica paulatim decidet ad maiora ⁊ ad vir
tutis culmē ꝑuenire nō poteſt. Caue tibi a mēda
cio. nā frater mēdoſus reputat̄ impudicus. Mē
daciū eñ filiꝰ impudicicie eſt. Stude placere fra
tribus in his que poteris bono mō. Minas ali
quorum nō formidabis. ꝙ ſi nō feceris om̄es ti
bi nocebūt. Noli cōprehendere quenq̄. ⁊ ſi aliq̇s
te moleſtet. nō reſpondeas illi quicq̄: ſꝫ dic perſo
ne que poteſt ꝓdeſſe ⁊ nō obeſſe. Nō inuitabis ali
quē ad cōmedēdum vel ad bibendum niſi prius
licentia ſit cōceſſa. Et ſi aliquotiens videris fra
tres minime laborātes. ꝓpter hoc non tepeſcas.
quinimo recogita ⁊ dic. Iſti per. x. vel. xx. ānos
fuerūt in labore ordinis ꝑdurātes ⁊ portauerūt
pondus diei ⁊ eſtus. ⁊ iam confracti ſunt ⁊ pene
cōſumpti. Inſuꝑ hāc tibi trado regulā quatinꝰ
ita tractes res ordinis diligēter: ac ſi eas tuo ad
eptus fueris ſudore. ⁊ cōſidera ꝙ ꝓ fruſtro pa
nis ⁊ gutta vini ⁊ olei male perdito ad iudiciuꝫ
deduceris.

## Doctrina ſurgēdi ad matuti. xxviij

# Ili mi hora matutinali

f quādo audies horologiū ſtatim ſurge ⁊
munias te ſigno ſancte crucis cum om̄i
reuerentia dicēs. ꝑ ſignū crucis. d. i. n. li. n. d. d. n.
Deinde dic. Dñe labia mea apies ⁊ deꝰ in adiuto
rium totū pſalmū. Qñ aūt redibis de neceſſariis
Dic memor fui nocte n. t. d: ⁊. c. l. t. Et ego ad te
dñe clamaui ⁊ mane ora. m. p̄. te. Repleat̄ os meū
lau. ⁊c̄. Dñe exaudi ora. m. orō. Deꝰ cui omne cor
patꝫ ⁊ omnis vol. ⁊c̄. Exinde lauabis manus ⁊
oclos ⁊ dentes cū digitis lotis ⁊ nō cū aqua. qꝛ
aqua inficit eos. Faciē aūt frequēter ⁊ multū la
uare reprehenſibile eſt ⁊ inhoneſtuꝫ. poſtea aſꝑſꝰ
aqua bñdicta cū. ℣. Aſꝑges me. Intrās eccleſiā
dic. Introibo in domū tuā. a. ad. t. ⁊c̄. vel. Aufer
a nobis cūctas ⁊c̄. Poſtea corā altari deuote in
clinatus dices. Adoramus te xp̄e ⁊ benedicimꝰ
tibi. ⁊c̄. poſtea intrabis ad locum tuum.

## ¶ Doctrina qualiter debes addere aliqua in miſſa. Capit. xxviiij

# Oſt ſanctus in p̄mo me

p mento. dicas hāc orationē. Miſerer̄ dñe
om̄ibus parētibus noſtris. N. ⁊ oībus
familiaribus noſtris vel omnibus familiaribus

meis. N. ⁊ omnibus qui orāt pro me: ⁊ omnibus
qui ſe meis indignis orationib⁹ cōmendauerūt
da eis penitentiā fructuoſam vt ad te fructū dul
ciſſimū valeant peruenire. In ſecundo memento
dic. Miſerere dn̄e aīabus parentū noſtrorū. N. ⁊
fratrū noſtroꝝ. N. ⁊ benefactorū noſtrorū ⁊ recō-
mendatorū noſtrorū. N. ⁊ omniū fideliuȝ defun-
ctorum. Da eis dn̄e refrigerij ſedem: quietis bea-
titudinē: ⁊ luminis claritatē. Amen.

## ¶ Incipit tractatus de quatuor vir-tutib⁹ cardinalib⁹ ſcti Bonauēture

DE quatuor ꝟtutibus
cardinalib⁹ q̄ ſūt ꝟtutes politice. i.
ſcie de gubernatōe ciuitatū. purga
torie purgati ani ac exēplares. Se-
neca. Quatuor ꝟtutū ſpēs mltorū
ſapiētū ſentētijs diffinite ſunt quibus anim⁹ hu
man⁹ cōptus ad honeſtateȝ vite poſſit accedere.
Quaꝝ p̄ma eſt prudentia. Scda magnanimitas
Tertia continētia. Quarta iuſticia. Singule igit̄
honeſtū ⁊ bene morigeratū faciūt virū. Gregori
us. Solidū noſtre mētis edificiū prudentia. tem
pantia. fortitudo. iuſticia ſuſtinent. In his igitur
quatuor virtutib⁹ tota boni opis ſtructura con-
ſurgit. Vn̄ quatuor padiſi flumina terrā irrigāt.
quia dum his quatuor virtutibus cor infundit̄.

ab omī deſideriorū eſtu temperatur. Cardinales
appellantur. quia ſicut oſtiuȝ vertitur in cardine
⁊ regitur. ita his regit̄ ⁊ vertit̄ vita homīs. Per
ꝟtutes nāq; cardinales rectificat̄ aīa in ſuis vi-
ribus. Nam prudentia rectificat vim rationalem
Fortitudo ſiue magnanimitas iraſcibilem. Tem-
perantia ſiue continētia concupiſcibilem. Iuſti-
cia vero rectificat omnes vires. Ipſa eñ iuſticia
apprehendit omēs virtutes ad primū vt eſt libe
ralitas. ⁊ ordinātes ad ſeipm̄. ſicut eſt penitentia
⁊ innocētia. Et ordinātes ad deū. ſicut eſt latria
pietas ⁊ obedientia. Et ideo iuſticia dicit̄ retinēs
omēs ꝟtutes quia nō tm̄ eſt ſpecialis ſed genera
lis ꝟtus cōprehēdēs toti⁹ animi rectitudinē. cū
ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Nota per vir-
tutes cardinales homo in omīb⁹ opibus inſtrui
tur ⁊ cōtra vicia armatur. Primū fit dupliciter.
quo ad ſe per prudentiam. ad proximum per iu-
ſticiam. Secundum etiam dupliciter. In pſperis
per temperantiā. in aduerſis per fortitudinem ar
matur. Auguſtinus. Prudentia eſt in precauen-
dis inſidijs. Iuſticia in ſubueniendo miſerijs.
Fortitudo in perferendis moleſtijs. Temperan-
tia in coercendis delectationibus prauis. Poli-
tice dicuutur prout ſunt in recto regimine ratio-
nis. Purgatorie prout ſunt in victoria vicio-
rum. ⁊ reſpiciunt partim interiora ⁊ partim exte-

riora purgati animi dicuntur quādo deuictis vi
ciis poſſeſſor ꝟtutū q̄ſcit raro inſurḡtib⁹ moti
bus prauis ꝑmis. Exēplares dicunt que in mē
te diuina cōſiſtunt. Nam idee in deo ſunt ⁊ omni
um rerum exemplar eſt. Nota ꝙ quelibet virtus
cardinalis poteſt coaptari ſingulis virtutibus
iam ꝑmiſſis. Nam prudentia ꝑut eſt virtus poli
ca vt ait Macrobius eſt ad rationis normā que
cogitat ⁊ que ait vniuerſa dirigere ⁊ nihil preter
rectum facere vel velle. Secundo ꝑut eſt virtus
purgatoria eſt mūdū ⁊ oīa que in mūdo ſunt
diuinorū contēplatione deſpicere. Tertio ꝑut eſt
purgati animi. eſt ſola diuina noſcere ⁊ ea tanꝙ̄
nihil ſit aliud intueri. Exemplatis autem eſt ipſa
mens diuina cui oīa nuda ſunt ⁊ apta: ⁊ diſpo
nit vniuerſa que in celo ſunt ⁊ q̄ in terra ſunt. ⁊c̄.
Primus gradus facit hominē in oībus ratio
nabiliter opari ⁊ cū hominibus honeſte cōuerſa
ri. Secūdus mētem altius erigit. quia cū munda
na deſpicit. eterna ⁊ celeſtia prudēter appetit. Ter
tius mentem plenius pficit dum eā in eternis fi
git. quia ſola eterna celeſtia bona cōſpicit. Quar
tus qui in ſolo deo eſt p̄dictus gradus inchoat
deducit ⁊ cōſumat. quia oīs vera prudentia a
dn̄o deo eſt. Seneca. Quiſq̄s prudentiā ſequi de
ſideras. tūc p rationē recte viuas. ⁊ oīa prius
eſtimes ⁊ ꝑpenſes. Si prudens eſſe cupis in fu

tura ꝓſpectū intende. ⁊ que poſſint cōtingere cū
cta āte ꝑpone. nil tibi ſubitū ſit. ſed an̄ totū ꝓſpi
cias. Nam qui prudens eſt nunꝙ̄ dicit non pu
taui id fieri. quia nō dubitat ſed expectat: nec ſu
ſpicatur ſed cauet. Si prudentiam amplecteris.
vbiqʒ idem eris. ⁊ ꝑut varietas exigit rerū. ita te
accomodes tempꝰ. Sermo tuus nō ſit inanis: ſʒ
aut ſuadeat/aut moneat/aut cōſoletur/aut preci
piat. lauda parce/vitupera parcius. Nam ſimili
ter reprehenſibilis nimia laudatio ſic immoderata
culpatio. Illa ſiquidē adulatione. iſta malignita
te ſuſpecta eſt. Si prudens eſt anim⁹ tuus trib⁹
temporibus diſpenſetur. preſentia ordina: futura
ꝓuide. p̄terita recordare. Nam qui non de futuro
p̄meditatur: in oīa incautus incedit. ꝑpone ani
mo tuo mala futura ⁊ bona: vt illa ſuſtinere poſ
ſis. iſta moderari. Non ſemꝑ ſis in actu ſed inter
dum animo tuo dato requieʒ. Sed ⁊ ipa requies
plena ſit ſcientie ſtudiis ⁊ cogitationibus bonis
Nam prudens nūꝙ̄ marcet ocio. Aliquādo ani
mū remiſſum nunꝙ̄ diſſolutum habet. Nō te mo
ueat auctoritas dicentis. nec quis ſed quid dicat
attēdito. nec ꝙ̄ multis ſed qualibus placeas co
gites. Prudētia eſt bonarū rerū ⁊ malarū diſcre
tio vtraqʒ. cū fuga mali ⁊ electione boni. de qua
procedit circumſpectio docilitas cautio. Circū
ſpectio eſt cautela contrariorū viciorū qua fugi

mus auariciam ⁊ cauemus ꝓdigalitatem. Docili-
litas eſt potentia erudiendi. hoc ordine vt prius
te ⁊ poſtea alios inſtruas. Cautio eſt prudentia
diſcernendi vitia. virtutū ſpecies inferentia. Pru-
dentia in ſex diuiditur. In cognitionē preſentiū.
Prouerbi. iiij. Precedant palpebre tue greſſus
tuos. id eſt cōſilia tua facta tua preueniant. Se-
cundo in memoriam p̄teritorū. Ezechias. Reco
gitabo tibi om̄es annos meos. ⁊c. Tertio in pro-
uidentiam futurorū. Boetius. Nō ſufficit intue-
ri quod ſitum eſt ante oculos. prudentia rerū exi-
tus metitur. In circumſpectionē contrariorum
Prouerbiorū. xiiij. Eſt via que videtur homini
recta nouiſſima autem illius ducunt ad mortem
Quinto in cohibitionem peccatorum. Paulus
Caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo. Sex-
to in exercitationē virtutū. Eccleſiaſti. ix. Quod-
cūꝗ poteſt manus tua facere inſtanter operare.
¶ Secunda virtus cardinalis eſt temperantia.
que prout eſt virtus politica ē nihil appetere pe-
nitendum. in nullo legem moderationis excedere
ſub iugo rationis cupiditatem domare. Secūdo
prout eſt purgatoria. om̄ia relinquere inquātum
natura patitur que corpis vſus requirit. Tertio
ꝓut virtus purgati animi. eſt terrenas cupidita-
tes nō ſolū reprimeꝛ ſed penitus obliuiſci. Quar
to prout exemplaris que in deo eſt. ſic eſt ꝙ in ſe

ꝑpetua eſt. in intentiōe conuerſa eſt. Primus ab
exceſſu ⁊ defectu cuſtodit. quia ei medium virtu-
tis om̄i tp̄e oſtendit. Secundus mentem ad eter
na perfecte dirigit. quia ſuꝑfluitatem rerum gra-
uantium firmiter excludit. Tertius mentē in eter
nis figit. quia concupiſcentiā omnis inordinati
cōcupiſcibilis penitus extinguit. Quartus p̄di-
ctos gradus inchoat. deducit ⁊ ꝑducit ⁊ ꝑficit.
quia om̄i creature numerū pondus ⁊ menſuram
tribuit. Seneca. Si continētiam diligis circum-
cide ſuꝑflua. ⁊ in artum deſideria cōſtringe. Cō-
ſidera tecum quātum natura depoſcat. nō quan-
tum cupiditas ſpectat. palatum tuū fames exci-
tet. non ſapores. nec ad voluptatē ſed ad cibum
accedas. nec preſentibus delitijs inhereb(is) nec
deſiderabis abſentes. Si continentiā diligis: tur
pia fugito anteꝙ accidāt. nec quicꝙ aliud magi
verēs quā teip̄m. om̄ia preter turpitudinem tolle
rabilius crede. a verbis quoꝗ turpibus te abſti-
ne. quia licentia eorum impudētiā nutrit. Si cō
tinens es opus eſt cōtinue affectiones adulatio
nū repellere. quorū ſmones animū quadam vo
luptate reſoluūt. Si cōtinēs es. ⁊ animi ⁊ corpo
ris motus obſerua ne indecori ſint. nec ideo con
temnes quia latent. Nam nihil differt ſi nemo vi
deat cū ipſe videas. Cunctis eſto benignus. nul
li blandus. ⁊ paucis familiaris. om̄ibus equus

Bone fame.necꝫ ire ſeminatoꝛ.necꝫ inuidus ali
ene felicitati.ad irã tardus. ad miſericoꝛdiã pꝛo-
nus.in aduerſis firmus. in pꝛoſperis cautus et
humilis.virtutum occultatoꝛ ſicut viciozuꝫ.rari
ſermonis. ſed loquentiũ patiẽs.Que noſti ſine ar
rogantia poſtulanti imparties.que neſcis ſine oc
cultatione ignoꝛantie. tibi poſtula humiliter im-
partiri. Notandum ꝙ temperantia eſt virtus cũ
potentia reſiſtendi illecebꝛis in nobis impetus
facientibus. ex qua pꝛocedit ꝯtinẽtia.que eſt vir
tus ab illecebꝛꝭ caſtitas/ſobꝛietas/parcitas qua
retinemus retinenda.largitas/moderantia.hone
ſtas/abſtinentia:verecundia:modeſtia.oĩm reruꝫ
moderatio.Tertia cardinalis virtus eſt foꝛtitudo
politica que eſt anima ſupꝛa periculi metum eri-
gere.nihilqꝫ niſi turpia timere.Scḋa purgatoꝛia
eſt animo nõ terreri contra queqꝫ aduerſa.Tertio
purgati animi eſt paſſiones nõ ſoluꝫ vincere coꝛ
poꝛis.ſed animo penitus ignoꝛare.Exemplaris
que in deo eſt ꝙ ſemꝑ idem eſt nec vnꝗ̃ mutatur.
Ex his poteſt patere ꝙ pꝛimus gradus hominẽ
facit omnem metum pꝛo vtilitate reipublice poſt
ponere.ꝛ nihil niſi turpia foꝛmidare.Secundus
magis confoꝛtat vt nulla pena carnalis eũ terre
at.quia ad ſola eterna foꝛtiter anhelat. Terti⁹ mẽ
tem in eternis figit cũ contraria viderit repugna
re animo ꝛ confidenter cõtemnit.Quartus pꝛedi

ctos gradus inchoat deducit ꝛ cõſumat. Ipſe at
tingit a fine vſqꝫ ad finem foꝛtiter.ꝛ diſponit om
nia ſuauiter.Seneca. Magnanimitas que et foꝛ-
titudo dicitur ſi inſit animo tuo.viues cum ma-
gna fiducia.liber ĩtrepidus alacer.Magnũ ani-
mi humani bonũ eſt. finem huius vite intrepidũ
expectare.Si magnanimus fueris nunꝗ̃ iudica
bis tibi cõtumeliam fieri de inimico.dices nõ mi
hi nocuit ſed nocendi animum habuit. ꝛ cũ ipm
in poteſtate tua videris. vindictam putabis vin
dicare potuiſſe ꝛ non feciſſe. Scito eñ magnum
ꝛ honeſtum vindicte eſſe genus ignoſcere. Eris
magnanimus ſi pericula non appetas vt temera
rius.nec foꝛmidas vt timidus. Nam timidũ nõ
facit animũ niſi repꝛehenſibilis vite conſcientia.
Foꝛtitudo eſt immobilis inter aduerſa animi la-
boꝛum ꝛ periculoꝛum ſuſceptio. que nec aduerſi-
tatis incurſu frangitur. nec pꝛoſperitatis blan-
dimento eleuatur. De qua oꝛitur magnanimitas
fiducia/ſecuritas/patiẽtia/ꝑſeuerãtia/lõganimi
tas/humilitas:manſuetudo.ꝛc̃.Quarta virt⁹ car
dinalis eſt iuſticia politica. que eſt mũdum deſpi
cere.ꝛ ſeruare vnicuiqꝫ quod ſuum eſt.ſciliꝫ ſibi
ipſi ꝛ pꝛoximo ꝛ deo. Purgatoꝛia eſt ad veram
viaꝫ pꝛoximi conſentire.ꝛ vniuſcuiuſqꝫ virtutes
in ſuo vigoꝛe ſuare. Tertia purgati animi.eſt cũ
diuina mente perpetuo federe ſociari. Exempla-

ris iuſticia que in deo eſt perhenni lege a ſempi-
terna operis ſui continuatione nō flectitur. Pri
mus gradus ab omni iniquitate cuſtodit. ⁊ cum
omnibus hominibus conuerſari facit. Secūdus
mentem ad eterna trahit. quia iuſto ordine ratio-
nis perfecte conſentit. Tertius mentez in eternis
figit. quia illa cum deo eterno perpetuo federe ſo
ciat. Quartus predictos gradus inchoat. dedu-
cit ⁊ pficit q̄ omnē creaturā ſua ppetua ⁊ inflexi
bili lege iuſte regit. Ex his patet quō p virtutes
cardinales vt ſunt politice homo ordinat̄ in opa
tionib⁹ ſuis quo ad p̄rimū ſuū. p virtutes q̄ ſunt
purgatorie ordinatur ad ſeipm̄. Purgati animi
ad deuz. Seneca. Juſticia eſt nature decus. taci
ta conuentio.

¶ Explicit tractatus de quattuor virtuti-
bus cardinalibus editus a ſancto Bona-
uentura doctore ſeraphico.

## Nota magnum meritum qd̄ habet cōtēplās xp̄i paſſiōez

IN primis itaqꝫ ſm̄ Alber
tū magnū. quicūqꝫ deuote cogitan
do paſſionē dn̄i noſtri ieſu xp̄i trāſ
currit p eā q̄ q̄ dinumerat fabas:
melius eſt q̄ ſi p annū integrū ieiu
naret ſingulis ferijs ſextis. Itez ſm̄ eundē. plus
proficit qui paſſionē dn̄i noſtri ieſu xp̄i cōſiderat:
q̄ ſiquis in ſingulis hebdomadis p vnū annum
diſciplinam faceret vſqꝫ ad effuſionē ſanguinis.
Item vt idem dicit. magis prodeſt ⁊ magis me-
retur qui ſupradicto modo recolit paſſionem dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i q̄: ſiquis totū pſalteriū frequētaret
ſingulis ſeptimanis p vnum annum integrum.
Item ſm̄ eundē. nō eſt qui valeat exprimere vtili-
tatez eius qui aſſiduus eſt in meditatione paſſio
nis ac vulnerum domini noſtri ieſu xp̄i.

BEatus bernardus dicit q̄
omnis fidelis xp̄ianus deberet ad
minus per vnā horā quotidie reco
lere ⁊ cogitare paſſionez dn̄i noſtri
iheſu xp̄i. Item legitur in vitis pa
truz. q̄ nihil ſibi vtilius ⁊ deo acce
ptius poteſt homo in hoc ſeculo opari: q̄ ſiquis
ex recordatione paſſionis dn̄i noſtri iheſu xp̄i: ita
compungatur in mente: vt ſigna lachrimaruz in
oculis ipius appareant. q̄uis tamē nō defluant
¶ Item in ſpeculo vere crucis dicit̄: q̄ ille qui
ex toto corde cogitat paſſionem dn̄i noſtri iheſu
xp̄i: recipit tres ſingulares grās. In prima pur-
gatur a peccatis ſuis. In ſecūda. ſi ipe non indi
get purgatione: per merita eius purgantur multe

anime que in purgatorio erant longo tēpore pur
gature. In tertia. quotienſcunqʒ omittit vł attra
hit flatum id eſt anhelitum ſiue ſpiritum: totiens
recipit aliquam gratiam ſpiritualem.

¶ Explicit inſtructio nouitioꝝ. vna
cuʒ tractatu de quatuor virtutibus
cardinalibus edito a ſancto Bona-
uentura in monaſterio btiſſime vir-
ginis Marie de monte ſerrato ordi
nis ſancti Benedicti de obſeruātia
Impreſſum per Johanneʒ luſchner
alamanū expenſis eiuſdem mona-
ſterij. Anno domini. milleſimo qua
drigēteſimo nonageſimonono. xvj
menſis Junij.



# Liber ſancti Bonauenture qui incendium amoris dici-tur. alias regimen conſcien-tie vel fons vite.



EVigilans vero aīaꝫ
meam tanq̄ frigiditate tenebratā
caleſcere conor. quā in deuotiōe de
ſertā ſcio incendi. ⁊ ingenti nimirū
deſiderio ſuper terrigenas eleuari.
Nō em̄ in ocio aduenit mihi afflu-
entia amoris eterni. neqꝫ dū corpaliter fueram ni
mis aggrauatus. ⁊ fatigatus· p̄ itinere ardorem
ip̄m ſpecialem potui ſentire. aut etiā immoderate
occupatus ſolatiꝫs vel cuidā vltime diſpoſitioni
deditus. imo me in talibus refrigeſcere depreben
di donec iterū poſtpoſitis om̄ibus quibus exteri
us poſſem detineri. ſolūmō ſaluatoris aſpectibꝰ
aſſiſtere cōtenderē. in interniſqꝫ odoribus immo
rare. Iſtum ergo librum offero intuendū nō phi
loſifis, nō mūdi ſapiētibus, non magnis theolo
gis. infinitis queſtiōibus implicatis. ſed rudibꝰ
⁊ indoctis: magis deū diligere q̄ multa ſcire co-
nantibus. Nō em̄ diſputādo ſed agendo ſcietur
ars amādi. Arbitror aūt ea que hic cōtinētur ab
iſtis queſtionariꝫs: ⁊ in om̄i ſcientia ſummis. ſed
in amore chriſti inferioribus non poſſe intelligi.
vnd̄ nec eis ſcribere decreui. niſi poſtpoſitis ⁊ ob
litis cunctis que ad mūdnm ptinent ſolis coudi
toris inardeſcant deſideriꝫs mancipari. Primo
quidē vt oēm terrenā dignitatē fugiant, oēm oſtē

tationem ſcientie ⁊ vanam gloriā odiāt. ac demū
pauptati altiſſime ſe cōformātes, orando ⁊ medi
tando diuine dilectiōi iugiter aſſiſtant. Sic nimi
rum apparebit eis interius igniculus quidā vir
tutis increate. ⁊ componens cor eoꝝ ad capien-
dum calorē quo cūcta caligo ꝯſumet. ⁊ eleuabit
eos in ardorē amabilem ⁊ amenissimū. vt tꝑalia
tranſcendant ⁊ thronū teneāt in termino tranquil
litatis. Quo eñ ſcientiores ſunt eo aptiores ſunt
vel eſſent ad amādum ſi vere ſpernerent ſeipſos ⁊
ab aliis ſperni gauderēt. Proinde quia hic vni-
uerſos excito ad amorē, amoriſq; ſupferuidum
ac ſupnaturalem affectū. vtrūq; oſtendere conar
hoc. iſtius libri titulus incendium amoris. dicat.

Ecce deſcripſi eam ti
bi tripliciter. Prouerbioꝝ. xxii. Cuꝫ
omis ſcia debeat gerere trinitatis in
ſigne. ꝑcipue illa ſcia que in ſacra
ſcriptura docet. debet in ſe repñta-
re veſtigium trinitatis. Propter hoc ſapiens eā
tibi tripliciter deſcripſiſſe dicit. ꝑpter triplicē ipi⁹
intellectum ſpūalem: moralem ſcꝫ allegoricum et
anagogicuꝫ. Hic aūt triplex intellectus rñdet tri
plici actui hierarchico. ſcꝫ purgationi: illuminati
oni ⁊ ꝑfectioni. Purgatio aūt ad pacē ducit. Il
luminatio ad veritatem. Perfectio ad charitatē

Quibus ꝑfecte adeptis. anima beatificatur ⁊ ẜm
hoc ꝙ circa hec verſatur ſuſcipit meriti incremē-
tum. In hoꝝ igit triū cognitione dependet ſcien
tia totius theologie. ⁊ meritum vite eterne. Sciē
dum ergo eſt ꝙ triplex eſt modus exercendi ſe cir
ca hanc triplicem viam ſcilicet.

Legendo — Lectio eſt diffuſior
Meditando — Meditatio eſt breuior.
Orando — Oratio eſt compendioſior.

¶ Lectio eñ hui⁹ triplicis vie totam cōtinet ſa-
cram ſcripturam. imo fere omnē ſanam doctrinā
ſicut oſtenſuꝫ eſt ſupra in tractatu de reductione
omniū artium ad theologiam. ¶ Quidam alius
liber habet ſic. Sciendum igitur ꝙ triplex eſt mo
dus exercendi ſe circa hanc triplicem viā. ſcilicet
meditando: orando: ⁊ cōtemplando.

Primo meditationis formā breuiter libeat
intueri. Sciendū ergo ꝙ tria ſunt in nobis
ẜm quorū vſum in hac triplici via exercemur ſcꝫ.

Stimulus conſcientie.
Radius intelligentie.
Igniculus ſapientie.

Si ergo vis purgari. xꝛte te ad conſciētie ſtimulū
Si illuminari. ad intelligētie radium. Si perfici
ad ſapientie igniculum ẜm cōſilium beati Dioni
ſii ad Titum. vbi eū hortatur dicens. Verte te in-
quit ad radium ⁊c. Ad ſtimulum conſciētie debet

homo exercere ſeipſum. hoc modo meditando in via purgatiua. ſcilicet vt.

Primo ſeipſum exaſperet.
Secundo euacuat.
Tercio dirigat.

Nam
Exaſperandus eſt recordatiõe peccati.
Euacuendus circũſpectiõe ſui.
Rectificandus conſideratione boni.

¶ Peccati autem recordatio debet eſſe in hunc modum: Ut arguat ſe animus.

De
Multiplici negligentia.
Multiplici concupiſcentia.
Multiplici nequicia.

¶ Fere eñ omĩa peccata ⁊ mala noſtra. ſiue contracta: ſiue acta reduci poſſunt ad hec tria.

¶ Circa negligentiam autẽ attende ꝙ primo debet recogitare hõ. ſi in ſe fuerit negligẽtia. ſcilicet

Cordis cuſtodiendi.
Temporis expendendi.
Finis intendendi.

Hec enim tria ſunt ab omnibus ſumma cum diligentia obſeruanda. ſcilicet.

Ut cor bene cuſtodiatur.
Ut tempus vtiliter expendatur.
Ut finis debit⁹ in oĩ opere pfigatur.

¶ Secũdo debet homo cogitare ſi negligẽs fuerit in orõne: in lectione ⁊ in boni opis execucione. In his trib⁹ debet vnuſq̄ſq; diligẽter ac ſolicite ſe exercere ⁊ excolere. vt poſſit fructum bonũ dare in tempore ſuo. eo ꝙ vnum horum ſine altero nequaꝗ̄ ſufficiat.

¶ Tertio debet cogitare ſolicite ſi negligens fuerit. Ad penitendum. Ad reſiſtendum. Ad proficiendum. Debet eñ vnuſquiſq; cuꝫ ſumma diligẽtia deflere culpam cõmiſſam. Repellere temptationem diabolicam. Proficere de vna virtute in aliam. vt ſic poſſit pueníre ad terram pmiſſam.

¶ Circa concupiſcentiam autem debet cogitare homo ſi in eo viuat ſcilicet.

Concupiſcentia voluptatis.
Concupiſcentia curioſitatis.
Concupiſcentia vanitatis. Que ſunt radices totius mali.

¶ Primo igitur recogitanda eſt cõcupiſcentia voluptatis. que tunc in homine viuit ſi fuerit in eo ſcilicet.

Appetitus
Dulcium.
Mollium.
Carnalium. Hoc eſt

Si hõ q̄rat
Cibaria ſaporoſa.
Veſtimenta delicioſa.
Oblectamenta luxurioſa.

Que om̄ia nō ſolū reprehenſibile eſt appetere cū cōſenſu.ſed etiā debet homo reſpuere p̄mo motu

¶ Secūdo recogitanda eſt cōcupiſcētia curioſitatis ſi viuat vel vixerit in homine.

Hoc aūt deprehenditur.

| | |
|---|---|
| | Scire occulta. |
| Cū quis appetit. | Videre pulchra. |
| | Habere chara. |

In om̄ibus his eſt vitiū auaricie ⁊ curioſitatis. Multum reprehenſibile eſt hoc in homine.

¶ Tertio recogitanda eſt concupiſcētia vanitat] que tunc viuit in homine/ſi in eo fuerit.

| | |
|---|---|
| | Fauoris. |
| Appetitus | Laudis. |
| | Honoris. |

Que om̄ia vana ſunt.⁊ hominē vanū reddunt.⁊ ita fugienda ſunt ſicut concupiſcentia mulierum Et de om̄i tali debet cōſciētia arguere cor hūanū

¶ Circa nequitiam autē debet cogitare homo ſi in ſe vigeat vel aliquando viguerit ſcilicet.

Iracundia:
Inuidia.
Accidia. Que faciunt hoīem nequā.

¶ Primo cogitāda eſt iracūdie neq̄cia.q̄ ꝯſiſtit

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Animo | | Corde | | Affectu. |
| In | Signo | vel in | Facie | vel in | Affatu. |
| | Verbo | | Clamore | | Effectu. |

¶ Secundo recogitanda eſt nequicia inuidie.

| | |
|---|---|
| | Proſperitate tabeſcit. |
| Que in aliena | Aduerſitate hilareſcit. |
| | Mendicitate refrigreſcit. |

¶ Tertio recogitāda eſt nequicia accidie.ex qua oriuntur.ſcilicet.

Suſpitiones male.
Cogitationes blaſphemie.
Detractiones maligne.

Omnis eñ talis nequicia admodum deteſtanda eſt. Ex hac trifaria recordatione triplicata.debet exaſperari ſtimulus cōſciētie ⁊ amaricari anima vt poſſit homo conſequi ſalutem.

Viſo qualiter exaſperari debeat ſtimulus cōſciētie in recordatione pcī. videndū eſt q̄liter ſit exacuendus ſtimulus in circumſpectione ſui. Tria autem debet homo circa ſe circumſpicere.ſcilicet.

Diem mortis imminentem.
Sanguinem chriſti recentem.
Faciem iudicis preſentem.

In his trib⁹ acuit̄ ſtimul⁹ cōſcīe ꝯtra om̄e malū

¶ Primo nanq; acuit̄ dū ꝯſiderat hō diē mort]

| | |
|---|---|
| | Indeterminabilis. |
| Quia eſt | Ineuitabilis. |
| | Irreuocabilis. |

Quem ſi diligenter inſpiciat: diligentiſſime labo
rabit. vt dum tempus habet purgetur.

| | |
|---|---|
| | Negligentia. |
| Ab omni | Concupiſcentia. |
| | Nequicia. Ceraſtiana: |

Quis ei moraret in culpa. qui nõ eſt certꝰ de die

¶ Secundo acuitur dum conſiderat homo ſan-
guinem chriſti effuſum.

| | |
|---|---|
| | Humano corde excitando. |
| Pro | Eodem abluendo. |
| | Ipſo mollificando. Vel |

effuſum ꝓ humana immundicia mundificanda.
pro humana morte viuificanda. ⁊ ꝓ humana ari
ditate fecũdanda. Quis eñ tam hebes vt ꝑmit-
tat in ſe regnare culpã negligẽtie: ꝯcupiſcẽtie vl'
neq̃tie. q̇ cogitat ſe ꝑfuſuȝ illo p̄cioſo ſanguine:

¶ Tertio acuit dũ ꝯſiderat homo faciẽ iudicis.

| | |
|---|---|
| | Infallibilis. |
| Que eſt | Inflexibilis. |
| | Infugibilis. |

Nullus eñ p̄t aliquo mõ fallere eius ſapientiaȝ.
Flectere iuſticiã. Effugere vindictã. Quia ĝ nul
lũ bonũ irremuneratũ. nullũ malũ impunitũ. q̇s
nõ acuetur ex hac cõſideratiõe cõtra oĩe malũ.

**Oſt hec videndum eſt**

p quõ ſtimulꝰ conſcientie ſit rectificãdus
in ꝯſideratõe boni. Tria aũt ſunt bona meditãda
in quoꝝ acq̃ſitiõe rectificat ſtimulꝰ ꝯſcientie. ſcȝ.

Strennuitas contra negligentiam.
Seueritas contra cõcupiſcentiam.
Benignitas contra nequitiam.

His ei tribꝰ habitꝫ fit ꝯſcia bona: mũda ⁊ recta.
Et h̄ eſt qḋ dr̄ Mich. vj. Indicabo tibi hõ q̃d ſit
bonũ. ⁊ q̇d dñs req̃rat a te. Vtiq̄ facer̄ iudiciũ ⁊
diligere miam ⁊ ſolicitũ ambulare cũ dõ tuo. In
q̇bus v̄bis tãgunt illa tria p̄dctã. Similiter ⁊ dñs
hec eadẽ tangit in luca xi. Sint lũbi vr̄i p̄cincti.

¶ Primo igit̄ inchoanduȝ eſt a ſtrẽnuitate. que
viaȝ ꝑbet alijs: Licet aũt eã ſic deſcribere. Stren
nuitas eſt quidã vigor animi excutiẽs oẽȝ negli
gentiã ⁊ diſponẽs aiaȝ ad faciẽdũ bona oꝑa ſcȝ

Vigilanter.
Confidenter.
Eleganter.

Hec eſt que viam p̄bet ad oĩa bona ſequentia.

¶ Secuudo ſequitur ſeueritas. que eſt quidã vi
gor animi reſtringẽs oẽm ꝯcupiſcentiã. ⁊ habili-
tãs aiam. ac feruẽtem reddẽs eam ad amorẽ ſcȝ.

Aſperitatis.
Paupertatis.
Vilitatis.

¶ Tertio ſequitur benignitas. q̄ eſt q̇daȝ dulcor
anime. excludẽs oẽm nequiciã ⁊ habilitãs aiam.

Beniuolentiam.
Ad Tolerantiam.
Internam leticiam.

Et hic eſt terminus purgationis ſm viam meditatiōis. Nā omīs ꝯſcientia mūda leta eſt ⁊ iocunda. Qui igitur vult purgari ꝓtat ſe mō p̄dicto ad ſtimulum conſcientie. In p̄dicta tñ exercitatione a quolibet p̄miſſorum poteſt inchoari noſtra meditatio. Tranſeundum eſt etiaꝫ ab vno in aliud. ⁊ tandiu immorādnꝫ. quouſqꝫ trauquillitas ⁊ ſerenitas acquiratur ⁊ pcipiatur. ex qua oritur ſpūalis iocunditas. Qua adepta promptus ē animꝰ vt ſurſum tendat. Incipit ergo via iſta a ſtimulo cōſcientie ⁊ terminatur in affectuꝫ ſpūalis leticie exercetur in dolore: ⁊ cōſumatur in amore.

## ¶ De via illuminatiua.

Secundo loco poſt viam purgatiuā ſequitur illuminatiua. In qua ſe debet homo exercere ad radiuꝫ intelligentie hoc ordine Nam radius intelligentie.

Primo ꝓtendēdus ad mala dimiſſa
Eſt Scdo dilatādus ad beneficia ꝯmiſſa
Tertio reflectendus ad p̄mia ꝓmiſſa.

¶ Protenditur aūt radius intellligentie ad mala dimiſſa. dum ſollicite penſant mala que dñs indulſit. que tot ſunt quot ſunt peccata que cōmiſimus, ⁊ tam magna quantis eramus malis aſtricti, ⁊ quātis bonis priuati. Et hec meditatio ſatꝫ patet ex p̄cedenti. Nec hoc ſolum attendenduꝫ eſt quāta mala cōmiſimus. ſed etiam cōſiderandum eſt in quanta mala incidiſſemus ſi dominus p̄miſiſſet. Et cum hec diligenter penſantur. p radiuꝫ intelligentie tenebre noſtre illuminātur. Et talis illuminatio cōiuncta debet eſſe gratitudini affectiōis. alioquin nō eſt illuminatio celeſtis ad cuius ſplendorem videmus ſequi calorem. Vñ gratie hic agende ſunt pro dimiſſione malorū cōmiſſorum. vel poſſibilium committi.

Infirmitate.
Neceſſitate.
Voluntatis ꝑuerſitate.

¶ Secundo videnduꝫ eſt qualiter iſte radius intelligentie dilatetur in cōſideratiōe beneficiorum commiſſorum. que quidem ſunt in triplici genere. Quedam enim.

Complemētum nature.
Spectant ad Adiutorium gratie.
Donum ſuperabundantie.

¶ Ad complemētum nature ſpectat quod dedit deus ex parte corporis. ſcilicet.

Membrorum integritatem.
Complexionis ſanitatem.

Sexus nobilitatem.
Viſum perſpicuum.
Ex pte ſen- ſus dedit. Auditum acutum.
Sermonem diſcretum.
Ingenium clarum.
Ex parte aīe dedit Iudicium rectum.
Animum bonum.
¶ Ad adiutorium autez gratie ſpectat primo ꝙ dedit gratiam baptiſmalem.
Deletur culpa.
Qua Reſtituitur innocentia.
Confertur inſticia.
Et per hoc dignum facit vita eterna.
¶ Secundo ꝙ dedit gratiam penitentialem.
Animi voluntatem.
Quātum ad Temporis oportunitatem.
Religionis ſublimitatem.
¶ Tertio ꝙ dedit grām ſacerdotalē ꝑ quā fecit.
Diſpenſatores doctrine.
Diſpenſatores indulgentie.
Diſpenſatores eucbariſtie.
In quibus omnibus ſm plus ꝛ minus diſpenſantur verba vite.
¶ Ad donum autez ſuperabundantie ſpectat ꝙ primo dedit totum mundum.ſcilicet.
Inferiora ad obſequium.
Paria ad meritum.
Superiora ad patrocinium.
¶ Secundo dedit filium ſuum.
In fratrem ꝛ amicum.
Et hoc In noſtrum precium.
In cibum quotidianum.
Primum in incarnatione.
Secundum in paſſione.
Tertium in altris conſecratione.
¶ Tertio dedit ſpiritumſanctum.
In ſignaculum acceptationis.
Et hoc In priuilegium adoptionis.
In annulum deſponſationis.
Et per hoc fecit animam chriſtianam.
Suam amicam.
Vere Suam filiam.
Suam ſponſam.
Hec oīa ſunt mira ꝛ ineffabilia ꝛ in eorum meditatione ad modū ſpōſe aīa debꝫ eſſe deo grata
¶ Tertio circa viam illuminatiuam videndum eſt qualiter iſte radius intelligentie per meditationem eſt reflectendus.vt ad fontem totius boni reuertatur.recogitando premia promiſſa. Conſiderandum eſt ergo ſolicite ꝛ frequenter penſandum.ꝙ deus qui non mentitur.credentibus diligentibus ſe promiſit veraciter.
Amotionem omnium malorum.
Aſſociationem omnium ſanctorum.

Impletionem oim deſideriorum in ſe ipſo. qui origo eſt ꝛ finis omnium bonorum. Qui eſt tantum bonum ꝙ.

Excedit
- Omnem petionem.
- Omnē deſiderij dilatationē.
- Omnem eſtimationem.

Et nos tanto bono dignos reputat ſi diligim⁹ ꝛ appetimus eum ſup omnia. ꝛ propter ſe. Et ideo cum omni deſiderio ꝛ affectu ac beniuolentia debemus in ipſum tendere.

## ¶ De via vnitiua ꝛ perfectiua.

Poſtremo ſequitur qualiter nos exercere debemus ad igniculum ſapiētie. Hoc aūt faciendū ē hoc ordine. Quia iſte igniculus ſapiētie ſolicite ac diligēter.

Eſt
- Primo congregandus.
- Secundo inflamandus.
- Tertio ſubleuandus.

¶ Congregatur aūt p reductionē affectiōis ab omni amore creature. A cui⁹ amore reuocari debet affectio. Qm̄ amor creature nō pficit. ꝛ ſi pficit non reficit. ꝛ ſi reficit non ſufficit. Ideo omis amor talis ab effectu debet omnino elongari. Secundo inflamandus eſt igniculus iſte. ꝛ hoc excōuerſione affectiōis ſup amorē ſponſi. Et hoc quidem fit. vel comparando ipm amorē ad ſeipm vel affectum ſupnorum ciuium. vel ad ipſum ſpōſum. Tunc aūt hoc fit quādo attendit ꝙ per hūc amorem poteſt in nobis ſuppleri omis indigentia. ꝛ ꝙ per amorē eſt in beatis omis boni abundantia. ꝛ ꝙ per amorē habet ipius ſummi deſiderabilis pñtia. Hec eni ſunt q̄ affectū inflamant. Tertio ſubleuand⁹ eſt igniculus iſte ꝛ hoc ſupra omē ſenſibile. imaginabile. ꝛ intelligibile h̄ ordie vt hō imediate de ipō quē pfecte optat diligere. Primo meditando diſcat ꝙ ille quem diligit.

Non eſt
- Viſibilis.
- Audibilis.
- Odorabilis:
- Guſtabilis
- Tangibilis.
- Senſibilis.

Immo totus deſderabilis

Secundo cogitet ꝙ ille quem diligendo querit.

Non eſt
- Terminabilis.
- Figurabilis.
- Numerabilis.
- Circūſcriptibil̄
- Commutabilis.
- Imaginabilis.

Sed totus deſiderabil̄

¶ Tertio cogitet ꝙ ille quem diligit.

Non eſt
- Demoſtrabilis.
- Diffinibilis.
- Opinabilis

Sed totus

Eſtimabilis. deſiderabilis
Inueſtigabilis.
Intelligibilis.

¶ Ex his aūt liquide patet. qualiter ad ſapiētiā ſacre ſcripture ꝑueniri poteſt. meditamdo ſcꝫ.

Circa viam
Purgatiuam.
Illuminatiuam.
Perfectiuam.

Et non ſolum ſacre ſcripture ꝯtinētia. imo omīs meditatio noſtra debet ꝟſari circa iſta. Nā omīs meditatio ſapientis aut eſt circa oꝑa hūana. cogitando ſcꝫ quid homo fecerit ⁊ quid debeat facere. ⁊ que ſit ratio mouēs. Aut circa oꝑa diuina. cogitādo ſcilicet quanta deus homini cōmiſerit ꝙ omīa fecit ꝓpter hominē. quāta dimiſerit. ⁊ quāta repromiſerit ⁊ in hoc clauduntur oꝑa creationis, reparationis ⁊ glorificationis. Aut circa vtrorūqꝫ p̄ncipia, que ſcilicꝫ ſunt deus ⁊ anima. qualiter hec adinuicē ſunt copulanda. Et in hoc debet ſtare omīs meditatō noſtra. quia eſt finis omīs cognitionis ⁊ oꝑationis ⁊ eſt ſapientia vera in qua eſt cognitio ꝑ veram experientiam. In hmōi aūt meditatione. tota anima noſtra debꝫ eſſe intenta ſm̄ vires ſuas. ſcꝫ ſm̄ rationē ⁊ ſynderiſim. ꝯſcientiā ⁊ voluntatem. Nam in hmōi meditatione. Ratio ꝑcunctando affert ꝓpoſitionem. Syndereſis ſententiando profert diffinitionem.. Conſcientia teſtificando infert concluſionem. Voluntas preeligendo defert ſolutionem. Verbi gratia. Si q̇s vellit meditari circa viaꝫ purgatiuā. debet ratio querere quid debeat fieri de homine. qui templuꝫ dei violauit. Syndereſis rn̄det. ꝙ aut debet diſperdi aut lamentis penitentie purgari. Conſcientia aſſumit. Tu es ille ergo, vel oportet te dānari. aut ſtimulis penitentie affligi. Deinde voluntas preeligit. ſcꝫ ꝙ recuſat damnationeꝫ eternam. ⁊ aſſumit voluntarie penitentie lamenta. Iuxta hunc modum in vijs alijs incedendum eſt.

## Sequitur de oratione quō per eam veniatur ad ſapientiam ſacre ſcripture.

Poſtq̄ diximus qualiter ad ſapientiā verā ꝑuenitur. legendo ⁊ meditando. videndum eſt nūc qualiter ad ip̄am ꝑuenitur orādo. Sciendum aūt eſt ꝙ in oratiōe ſunt tres gradus ſiue partes ad ip̄am ꝓficiētes.

Quorū
Primus eſt deploratio miſerie
Scđus imploratio miſcordie.
Tertius exhibitio latrie.

Latrie aūt cultū deo exhibere nō poſſum⁹ niſi ab eo grām ꝯſequamur. Miam ꝟo dei ad dādā gratiā nō poſſum⁹ inflectere niſi ꝑ deplorationē ⁊ expoſitionē nr̄e miſie ⁊ indigētie. Nā oīs ꝑfctā oro

debet habere iſtas tres partes. Non eniꝫ ſufficit vna ſine altera. nec ꝑducit ad metaꝫ perfectam ꝛ ideo hec tria ſunt ſemꝑ iūgenda. ¶ Deploꝛatio aūt miſerie circa quācunqꝫ miſeriā ſit ſiue ꝑ ꝑpetratiōe culpe: ſiue ꝑ amiſſione gratie: ſiue ꝑ dilatione gloꝛie. Hec tria debet habere. ſcꝫ doloꝛē, pudoꝛem ꝛ timoꝛem. Doloꝛem ꝑpter damnū ſiue incōmodum. Pudoꝛem ꝑpter oppꝛobꝛium ſiue inhoneſtum. Timoꝛem ꝑpter periculum ſiue reatū Ex memoꝛia eñ p̄teritoꝛum oꝛitur doloꝛ. dum recoꝛdaē. Quid omiſit: quia pꝛecepta iuſticie. Quid cōmiſit: quia ꝑhibita culpe. Quid amiſit: qꝛ gratuita vite. Ex intelligētia pꝛeſentiū oꝛitur pudoꝛ dū attendit. Ubi ſit. quia longe in imo que fuerat ꝑpe in ſūmo. Qualis ſit: qꝛ feda ī luto que fuerat pulchꝛa imago. Que ſit: quia ancilla que fuerat libera. Ex puidentia futuroꝛū oꝛitur timoꝛ. dum pꝛecogitat. Quo tendat: quia ad inferos ꝑperat greſſus eius. Quid occurrat: quia iudiciū ineuitabile, iuſtum tamē. Quid aſſequatur: quia ſtipēdium moꝛtis eterne. ¶ Imploꝛatio autē miſericoꝛdie circa quācunqꝫ gratiam inuocetur, debet eſſe Cuꝫ affluentia deſiderij: qđ habemꝰ a ſpū ſancto qui poſtulat ꝑ nobis gemitibus inenarrabilibus Cum fiducia ſpei quā habemus a xp̄o. quia moꝛtuus eſt ꝑ nobis oīnibus. Cuꝫ diligentia implorandi ſubſidij. qđ querimus a ſctīs oīnibus. Qñ eñ hec tria cōcurrūt: tūc imploꝛatur efficaciter diuina miſericordia. ¶ Affluentiam deſiderij habemus a ſpiritu ſancto.

Quia
- Per ipſum ſumus a patre in filio pꝛedeſtinati eternaliter.
- Per ipſum renati in baptiſmo ſpiritualiter.
- Per ipſum congregati in eccleſia vnanimiter.

¶ Confidentiam ſpei habemus a xp̄o domino.

Qui pꝛo nobis
- Obtulit ſe in cruce in terra.
- Offertur a mře eccleſia in ſacramento altaris in ſui memoꝛiam
- Aparet vultui patris in celo in gloꝛia.

Diligentiam imploꝛandi ſubſidij a ſanctoꝛuꝫ cōſoꝛtio habemus.
- Ab angeloꝝ miniſtrantiū patrociniis
- A beatoꝛum triūphantium ſuffragijs.
- A iuſtoꝛum militantium meritis.

¶ Exhibitio autem latrie ex quacunqꝫ gratia deus colatur. debet habere tria.

Primo eñ ob gratiam impetrandaꝫ debet coꝛ noſtrum incuruari ad dei reuerentiam ꝛ adoꝛationem.

Secundo debet dilatari ad beniuolentiam ꝛ gratiarumactionem.

Tertio debet eleuari ad complacentiã
τ mutuam allocutionem:
Que eſt ſponſi τ ſponſe. quaꝫ docet ſpũſſanctus in canticl. In qua ſi recto ordine fiat mira eſt exultatio τ iubilatio. ita vt ducat homo in exceſſuꝫ τ faciat aĩam dicere. Bonum eſt nos hic eſſe. Et hic debet oratio noſtra terminari. Nec ante debet homo deſiſtere, donec ingrediatur in locuꝫ tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domuꝫ dei vbi in voce exultatiõis eſt ſonus epulantis. Ut aũt incurueris ad reuerẽtiam admirare immenſitateꝫ diuinam τ intuere modicitatẽ tuã. Ut dilateris ad beniuolentiã attende benignitatẽ diuinã, τ vide indignitatẽ tuam. Ut eleueris ad complacẽtiam recogita charitatem diuinã. τ cõſidera tepiditatem tuã. vt ex hui⁹ collatiõe peruenias in exceſſuꝫ mẽtl
¶ Sciendum autem ꝙ reuerentiam debemus exhibere deo tripliciter. Primo tanꝙ patri.

A quo
- Formati.
- Reformati.
- Educati,

Scdo tanꝙ dño a quo
- Eruti de ore inimici.
- Redempti de carcere inferni.
- Conducti in vineam domini pro munere paradiſi.

Tertio dbem⁹ exhibere do reuerẽtiã tanꝙ iudici.

Corã quo
- Accuſati. Accuſat enim clamor conſcientie.
- Conuicti. Conuincit eñ euidentia vite.
- Confeſſi. Cõfitetur eñ aſpectus diuine ſapiẽtie vnde cõtra nos de iure debeat ſententia proferri.

Et prima quideꝫ reuerentia debet eſſe magna. ſecunda maior. tercia maxima.

Uñ
- Prima ẽ ad modũ inclinationis.
- Secunda ad modum genuflexionis.
- Tertia ad modum proſtrationis.

In
- Prima nos ſubijcimus.
- Secunda nos deijcimus.
- Tertia nos abijcimus.

In
- Prima reputamus nos paruos.
- Secunda minimos.
- Tertia vero nullos.

¶ Beniuolentiã aũt debem⁹ ſilr mõ deo tripliciter exhibere. ſcilicet magnam, maiorem, maximã.
- Magnã ꝯſideratiõe infirmitatis nr̃e
- Maiorem conſideratiõne magnitudinis gratie ſue.
- Maximam conſideratione immenſitatis miſericordie ſue.

Uel
- Magnam pro commiſſis.
- Maiorem pro dimiſſis.
- Maximam pro promiſſis.

Magnam p cōplementis nature.
Vel Maiorem pro indumento gratie.
Maximā p donis ſuper erogātie.

Prima cor extenditur.
Secunda aperitur. Cantic.v. Aperi
In mihi ſoror mea.
Tertia effunditur. Tren.ij. Effunde ſi
cut aquā cor tuū añ conſpectum dñi.

¶ Complacentiaȝ autem triplici modo debem⁹ deo exhibere toto corde.

Primo vt ſic coaptetur complacentia noſtra ad deuȝ. vt vnicuiqȝ placeat q ſolus deus placeat ſibi.
Secūdo vt ei hoc placeat q ipſe placeat ſoli deo.
Tertio vt ei hoc placeat q in hac cōplacentia ceteri communicent.

Prima eſt magna.
In Secunda maior.
Tertia maxima.

Prima eſt amor gratuitus.
In Secunda eſt amor debitus.
Tertia ē amor ex vtroqȝ pmixtus.

Prima crucifigitur mundus homini.
In Secunda crucifigitur homo mundo.
Tercia crucifigit homo p mūdo. vt pro om̄ibus velit homo mori/ vt τ ipſi placeant deo.

Et hic eſt gradus τ ſtatus pfecte charitatis. ante cuius aſſecutionem nemo debet ſe eſtimare perfectum. Tunc autem hanc perfectioneȝ homo aſſequitur qñ cor ſuū inuenit nō ſolum voluntariū ſed etiā auidiſſimū ad moriendum p ſalute priorum ſm q apłus dicebat.ij. Corint.xij. Libentiſſime impendar/ τ ſupimpendar egoipſe p aīabus veſtris. Ad hanc pfectam dilectionem primi nō puenitur niſi prius pueniatur ad pfectam dilectionem dei. ppter quē diligitur primus: qui nō eſt diligendus niſi ppter deum. Et ppterea ad intelligendam pfectionē in dilectione dei. Sciendum eſt q ſex ſunt gradus quib⁹ paulatim τ ordinate proceditur. vt ad perfectionem perueniatur.

Primus eſt ſuauitas.
Secundus auiditas.
Tertius ſaturitas.
Quorū Quartus ebrietas.
Quintus ſecuritas.
Sextus tranquillitas.

¶ Primus itaqȝ gradus eſt ſuauitas. vt homo addiſcat guſtare q̄ ſuauis eſt dñs. Et hoc q̄deȝ fit vacando τ ſabbatiȝando ei p ſanctas meditationes. ſm qđ dicitur in ps. Reliquie cogitatiōis diem feſtum agent tibi. Qđ quidem fit qñ meditationes circa amorem dei ſuauitateȝ pariūt in corde. Secūdus gradus eſt auiditas. qū ſeȝ anima

aſſuefieri cepit circa illam ſuauitatem. ⁊ naſcitur
in ea tanta eſuries. vt nihil poſſit eam reficere. ni
ſi eum quē amat poſſederit ꝑfecte. Qđ quia nō po
teſt in p̄ſnti attingere. quia adhuc longe eſt/ conti
nue excedit ⁊ egreditur extra ꝑ amoꝛem extaticū
clamās ⁊ dicēs illud beati Job. vij. Suſpendiū
elegit anima mea: ⁊ moꝛtem oſſa mea. Et illud p̄s
Queādmoduꝫ deſiderat ceruus ad fontes aqua
rum: ita deſiderat anima mea ad te deus. Tertius
gradus eſt ſaturitas. que oꝛitur ex ip̄a auiditate.
Qui em̄ vehemētiſſime deū deſiderat. ⁊ ſurſuꝫ fer
tur iam oīe qđ deoꝛſuꝫ videt: vertitur ei in faſti/
dium. Unde quaſi ſaturatus nō p̄ōt refectionē in
uenire in aliquo citra ipſuꝫ dilectū. Et ſicut ſatu
ratus ſi cibuꝫ ſumat/ incurrit potius abhomina
tionem q̄ refectionem. ſic in hoc gradu charitas
facit circa oīe creatum. Prouerb. xxvij. Anima
ſaturata calcabit fauū. Quartus gradus eſt ebrie
tas/ que oꝛitur ex ſaturitate. Ebrietas aūt in hoc
conſiſtit. ꝙ quis tanto amoꝛe diligat deū/ vt iam
nō ſolum faſtidiat ſolacium terrenum. ſed etiā de
lectetur ⁊ querat toꝛmentum ꝓ ſolatio et amoꝛe
illius quē diligit delectetur in penis: oppꝛobꝛijs
⁊ flagellis cum ap̄lo. ij. Coꝛinthi. xij. Unđ ſicut
ebꝛius ſeipſuꝫ denudat ſine pudoꝛe ⁊ ſuſtinet pla
gas ſine doloꝛe: ſic in iſto intelligendum eſt. Un/
de Actuum. v. Jbant apoſtoli gaudentes a con/
ſpectu concilij. quoniam digni habiti ſunt ꝓ no/
mine iheſu contumeliam pati. Quintus gradus
eſt ſecuritas. que oꝛitur ex ebꝛietate. Ex hoc eniꝫ
ꝙ anima ſentit ſe tantum amare deum ꝙ libenter
ſuſtinet ꝓpter ip̄m omne damnū ⁊ oīe oppꝛobꝛi
um. iam foꝛas mittitur timoꝛ/ ⁊ tantam concipit
anima ſpem de adiutoꝛio dei. vt nullo modo exi/
ſtimet ſe poſſe ſeparari ab eo. Jn hoc gradu erat
apoſtolus cum dicebat: Quis nos ſeparabit a
charitate chꝛiſti ⁊c. Certus ſum enim. quia neqꝫ
moꝛs neqꝫ vita ⁊c̄. poterit nos ſeparare a chari/
tate dei. que eſt in chriſto ieſu dn̄o noſtro. Roma.
viij. Sextus gradus eſt vera et plena tranquilli/
tas per quam eſt tanta pax et requies in anima:
vt quodammodo ſit in ſilentio et ſomno ⁊ velut
in archa noe collocata. vt nullo modo perturbe/
tur. Quis enim poteſt inquietare mentem quam
nullus cupiditatis ſtimulus inquietat. nullus ti/
moꝛis aculeus agitat: Jn iſta mente pax eſt ⁊ ſta
tus vltimus ⁊ quies. ⁊ ibi requieſcit verus ſalo/
mon. quoniam in pace factus eſt locus eius. Et
ideo valde cōuenienter iſti gradus ſignificant̄ ꝑ
illos ſex gradus q̇bus aſcēdebat̄ ad thꝛonū ſalo
monis. iij. Reg. x. ⁊. ij. Paralip̄. ix Et ꝓpter hoc
dicit̄. Canti. iij. Aſcēſuꝫ purpureū media charita
te ꝯſtrauit. Quia impoſſibile ē ad iſtā trāquillita
tē ꝑtingere niſi ꝑ charitatē. Hac aūt acquiſita fa

cillimū eſt homini facere om̄e quod eſt pfectiōis ſiue agere ſiue pati. ſiue viuere ſiue mori. Studēdū eſt igit̄ ad pfectū charitatis. cū pfect⁹ ei⁹ inducat pfectionē oīs boni ⁊ ꝯplemētū. Ut igitur ſint ad manū p̄dicte differētie nota ꝙ q̄ ad hanc pfectiōez vult pficer̄ dȝ p meditationē ſtimulū ꝯſcie

| | |
|---|---|
| | Exaſperare. |
| Primo | Excucere. |
| | Rectificare. |

Et ſic ad radium intelligentie. tranſire.

| | |
|---|---|
| | Protendendo. |
| Ipſum | Dilatando. |
| | Reflectendo. |

Et ſic ad igniculum ſapientie tranſire.

| | |
|---|---|
| | Congregando. |
| Ipſum | Inflamando. |
| | Subleuando. |

Et ſic per orationem primo debet deplorare miſeriam ſuam.

| | |
|---|---|
| | Dolore pp̄ter damnum. |
| Cum | Pudore pp̄ter opprobrium |
| | Timore pp̄ter periculum. |

Secundo debet implorare diuinā miſericordiaȝ.

| | |
|---|---|
| | Vehementia deſiderij p ſpiritū ſctm̄. |
| Cum | Fiducia ſpei p xp̄m crucifixum. |
| | Aſſiſtentia patrocinij per ſanctorum ſuffragium. |

Tertio debet exhibere latriam exhibēdo.

| | |
|---|---|
| | Reuerentiam. |
| Deo | Beniuolentiam. |
| | Complacentiam. |

Ut primo ex parte dei pcedat admiratio diuina quaſi maior ppoſitio. Secundo ex parte noſtra ſequatur cōſideratio quaſi aſſumptio. Tertio fiat latrie plena exhibitio. quaſi concluſio.

¶ Qui aūt ſic excitauerit ſe cōtinue ⁊ intente: pficiet in charitate ſm ſex gradus p̄dictos. quibus puenitur ad pfectionem tranquillitatis. vbi ē mlt̄itudo pacis. ⁊ quaſi quidā finis quietis noſtre quam dn̄s reliquit aplis. Unde nota ꝙ apl̄us in qualibet ſalutatione optabat gratiā ⁊ paceȝ. gratiam tanꝙ primordialem. pacem ſicut cōplemētum. Ad thimotheuȝ autem interponit miſericordiam que eſt vtriuſqȝ principium.

¶ Nota ꝙ in miſſa cogitandum eſt de negligentia circa corpus chriſti.

¶ Nota de ſacramēto ꝙ dominus propter nos ſemper totus ibi eſt. ⁊ nos raro vel nunꝙ ibi toti ſumus propter eum.

¶ Item ꝙ ibi eſt precium redemptionis noſtre. ⁊ nō liberamur ⁊ hoc ſtat p nos. Item ꝙ ibi vere eſt deus ⁊ nō videmus eum. ad queȝ videndū creati ſum⁹. Item ꝙ ibi ē paratior ad liberandū nos. ꝙ nos a miſeria liberari. Item ꝙ ipſe ad ſa

lutem noſtrã inſtituit hoc ſacramentũ. ꝛ tam ſtu-
dioſe. Nos vero tepidi. imo toti frigidi hoc conſe
cramus. Itẽ ꝙ ipſe ibi eſt cũ angelorũ frequentia
nos cũ magna cordis irreuerentia. Item ꝙ ipſe
ibi ardens eſt ꝓ noſtra dilectione/nos ibi remiſſi
in gratiarũ actione. Itez ꝙ ipſe ibi eſt cibus ange
lorum ad noſtram refectionem ꝛ nos non guſta-
mus eũ ꝓpter noſtram corruptionẽ. Itẽ ꝙ quic-
quid diſpergimus ꝑ culpam ipſe ibi congregat ꝑ
gratiã. nec tñ grati ſumus. Itẽ ꝙ ipſe ſe ibi offert
preciũ redemptionis noſtre ſine tedio. nec tñ libe
ramur oĩno. Vis ergo ſcire que ꝛ quãta ꝛ quib⁹
debeas? Primo ꝓ chriſto oẽz vitã tuã ponere qr
ipſe ſuaz poſuit ꝓ tua. ꝛ cruciatus diros ſuſtinuit
ne tu ꝑpetuos ſuſtineres. Sed cõfer p̃mia om̃is
vite filiorum adam. ꝛ om̃es dies ſeculi ꝛ labores
oĩm hoĩm qui fuerũt/ ſunt ꝛ erunt/ nihil erunt ad
cõparationẽ illius corporis. qd̃ ſpectabile ꝛ etiã ſtu
pendum eſt virtutibus ſupnis. in cõceptu de ſpi
ritu ſancto/in ortu de ꝟgine. in vite innocentia/in
doctrine affluentia. in choruſcationibus miracu
lorũ. in reuelationibus ſacramentorũ. Sicut igr̃
exaltantur celi a terra/ſic exaltata eſt vita illius a
vita hoĩm. que tamẽ poſita eſt ꝓ vita noſtra. Si-
cut eñ nihil ad aliquid nullã habet cõparationez
ita vita noſtra ad vite illius ꝓportionez. Cum il
la nulla dignior ſit/ noſtra nulla miſerior poteſt

eſſe. Cum ergo ei me deuouero/quid queſo ſum?
Nonne ſicut ſtella ad ſolem: gutta ad fluuium: la
pis ad montẽ? Sed nõ huic ſoli debitor ſum. cui
nihil retribuere poſſuz. Exigunt a me p̃terita pec
cata mea futuram vitaz meam. vt faciam dignos
fructus penitentie. ꝛ recogitẽ omnes annos me-
os in amaritudine anime mee. Sed ad hoc quis
idoneus? Peccaui ſuper numerum arene maris
ꝛ multiplicata ſunt pctã mea ꝛ non ſum dignus
aſpicere celum ꝛc. Quod igitur ſine numero eſt
quomodo numerabo? Quomodo ſufficiam cum
cogar reddere debitum vſqz ad nouiſſimum qua
drantez? Sed ꝛ delicta quis intelligit? Quantuz
peniteam/quantũlibet me affligam ꝛ macerem. ꝓ
pter nomen tuum non propter penitentie meritũ
propiciaberis domine pctõ meo. ait iuſtus. mul-
tum eſt enim. Cuz igitur quicquid vis/quicquid
ſapis/quicquid habes. quicquid potes: huic vni
rei dedicaueris: nunq̃d aliquid eſt. vel in aliquid
computandus eſt? Sed ꝛ tertiũ debitorem oſten
dam tibi. qui nõ minus acriter q̃ veraciter ſibi vẽ
dicat vitam tuam. Puto enim ꝙ poſſidere deſi-
deras gloriam illaz quã nec oculus vidit. nec au
ris audiuit ꝛc. regnum omnium ſeculorum. viue
re in eternum. in perpetuas eternitates. Credo ꝙ
velis equalis eſſe angelis dei. ꝛ in plateis ſuper
ne hieruſalem melos angelorum audire. Et vi-

dere quicquid eſt illud vel erit qñ deus erit om̄ia
in om̄ibus. Nõne ad hoc totũ te. ⁊ quãtumcũq̃
vndiq̃ trahere poteris. dare oportebit: Et cum
om̄ia impleueris. nõ tamẽ credas cõdignas eſſe
paſſiones hui⁹ tp̄is vel corpis ad futuram glo-
riaꝫ que reuelabit in nobis. Quid dices. ⁊ ſi quar
tum debitorem adduxero in medium qui ſibi iu-
re primatus tres ſuperiores excedere velit: Ecce
in ianuis eſt qui fecit celũ ⁊ terraꝫ. Creator tuus
tu creatura. Tu ſeruus. ille dominus. Ille figul⁹
tu figmentuꝫ. Totum ergo quod es illi debes. a
quo totuꝫ habes. Illi p̄cipue dño qui ⁊ fecit te ⁊
bene fecit tibi qui ⁊ tibi miniſtrat ſideruꝫ curſus
aeris temperiem: iocunditateꝫ terre fructuũ vber
tatem. huic reuera totis medullis: totis viſcerib⁹
ſeruiendum eſt. ne forte indignatiõis oculo te re
ſpiciat ac deſpiciat. ⁊ conterat te in eternũ Expo-
ne igitur mihi cui hoꝝ quatuor ꝓponis reddere
quod debes. cuꝫ vnuſq̄ſq̃ tam interius q̃ exte
rius exactor ſit. vt te ſingulariter poſſideat: Eya
dñe. vim patior. rñde ꝓ me. quia horum quatuor
quilibet de iure me tenere poteſt ⁊ ſuffocare. In
manus tuas cõmendo ſpm̄ meũ. tu perſolue om̄i
bus. tu ab omnibus me libera. quia tu es deus ⁊
non homo. ⁊ quod apud homines impoſſibile ẽ
poſſibile eſt tibi domine deus noſter.

¶ Sequitur de contemplatiõe quõ
ꝑ eaꝫ perueniẽdũ ſit ad ſapientiã ſacre ſcripture.

POſtq̃ autez diximus
qualiter ad ſapientiã nos exercere
debeamus ꝑ meditationeꝫ ⁊ oratio
nem. nũc breuiter tangamus quali
ter ꝯtemplãdo ad verã ſapientiam
ꝑuenit. Per cõtemplationẽ nanq̃ tranſit mens
noſtra ad ſupnam hieruſalem. Ad hui⁹ inſtar ec-
cleſia eſt formata. ſm̄ illud Exo. xxv. Inſpice ⁊
fac ſm̄ exemplar quod tibi monſtratuꝫ eſt in mõ
te. Neceſſe eſt em̄ eccleſiam militantẽ conformari
triumphãti. ⁊ merita p̄miis ⁊ viatores beatis ſm̄
q̄ poſſibile eſt. In gloria autẽ triplex eſt dos. in
qua conſiſtit ꝑfectio premii. ſcilicet

Summe pacis tentio.
Summe veritatis viſio.
Summe charitatis fruitio.

¶ Et ſm̄ hoc diſtinguitur triplex ordo in ſupre
ma hierarchia celeſti. ſcꝫ thronorũ, cherubin ⁊ ſe-
raphin. Neceſſe eſt igitur vt qui vult ad illaꝫ bea
titudinẽ ꝑ merita ꝯuenire. iſtorũ trium ſimilitudi
nem ſm̄ q̄ poſſibile eſt in via ſibi cõparet. ſcilicet

| | |
|---|---|
| | Soporem pacis. |
| Vt habeat | Splendorem veritatis. |
| | Dulcorem charitatis. |

¶ In his eni3 tribus requieſcit deus. ⁊ habitat tanq̄ in ſolio proprio. Neceſſe eſt igitur vnum quodq3 trium predictorum per tres gradus aſcēdendi diſtinguere ſm̄ triplicem viam. ſcilicet

Purgatiua3. que cōſiſtit in expulſiōe pctī.
Illuminatiuam. q̄ ↄſiſtit in imitatione xp̄i.
Unitiuā. q̄ ↄſiſtit in ſuſceptiōe ſpū̄ſancti.

Ita q̄ quelibet via habz gradus ſuos per quos aſcenditur ab imo. ⁊ tenditur vſq3 ad ſummum.

g Radus autem perueniendi ad ſaporem pacis ſunt iſti ſeptem

Primo occurrit pudor in recordatione flagicij. Et hoc quantum ad quattuor. ſc3

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.
Ingratitudinem.

¶ Secundo occurrit timor in circumſpectione iudicij. Et hoc quadrupliciter. ſcilicet.

Diſſipationis operis.
Excecationis rationis.
Obdurationis voluntatis.
Condemnationis finalis.

¶ Tertio occurrit dolor in eſtimatione damni. et hoc ſm̄ quattuor ſcilicet

Quantum ad amiſſionem diuine amicicie.
Quantum ad perditionem innocentie.
Quantum ad vulnerationem nature.
Quantmn ad diſſipationem vite preterite.

¶ Quarto occurrit clamor in imploratione ſubſidij quadruplicis. ſcilicet

Dei patris.
Filij redemptoris.
Uirginis matris.
Eccleſie triumphantis.

¶ Quinto occurrit rigor in extinctione fomitis ſiue incentiui quadruplicis. ſcilicet

Ariditatis. que eſt deſidia.
Peruerſitatis. que eſt malicia.
Voluptatis. que eſt concupiſcentia.
Vanitatis. que eſt ſuperbia.

¶ Sexto occurrit ardor in appetitu martirij. et propter quattuor ſcilicet

Propter pfectionē
Remiſſionis offenſe.
Purgationis macule
Satiſfactionis pene.
Sanctificatiōis concupiſcētie alias exactionis cōcupiſcentie.

¶ Septimo loco occurrit ſopor in obumbratione xp̄i. vbi eſt ſtatus ⁊ requies. quādo homo ſentit ſe protegi ſub vmbra alarum diuinarū. vt nō vratur ardore concupiſcentie. nec timore pene Ad quod non poteſt perueniri niſi per appetitu3 martirij. nec ad appetitum martirij. niſi extinxe-

rit incentiuum. nec ad extinctionez incentiui niſi imploraverit ſubſidiuz. nec ad implorationē ſubſidij / niſi deploret damnū. nec ad deplorationem damni: niſi timeat iudicium. nec ad timorem iudicij: niſi recordet᷑ ⁊ erubeſcat flagitiū. Qui ḡ vult habere pacis ſoporē ꝓcedat ſm ordinē p̄dictum

g Radus aūt ꝑueniendi ad ſplendorez veritatis. ad quem peruenitur imitatione chriſti. ſunt iſti ſeptem. ſcilicet

Aſſenſus rationis.
Affectus compaſſionis.
Aſpectus admirationis.
Exceſſus deuotionis.
Amictus aſſimilationis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.

In quibus hoc ordine progrediendum eſt.

¶ Primo cōſidera. quis eſt qui patitur. ⁊ ei ſubdere per rationis aſſenſum. vt credas firmiſſime ipſum veraciter.

Eſſe
Dei filium.
Omnium rerum principium.
Saluatorem hominum.
Retributorem meritorum omnium.

¶ Secundo cōſidera qualis eſt qui patitur. ⁊ ei configurare per compaſſionis affectum. ſcilicet

Vt cōpatiaris ei tanq̄
Innocentiſſimo.
Mitiſſimo.
Nobiliſſimo.
Amantiſſimo.

¶ Tertio cōſidera quātus eſt qui patit᷑ ⁊ ad ipm̄ egredere ꝑ admiratiōis aſpectū. ⁊ attēde ꝙ ipſe ē.

Immēſus
Poteſtate.
Specioſitate.
Felicitate.
Eternitate.

Igit᷑ admirare immenſam
Poteſtatē adnihilari.
Specioſitatem decolorari.
Felicitatem tormentari.
Eternitatem mori.

¶ Quarto conſidera qua de cauſa patit᷑. ⁊ teipm̄ obliuiſcere ꝑ deuotiōis exceſſum. Quia patit᷑. ſcz

Pro
Tua redemptione.
Tua illuminatione.
Tua ſanctificatione.
Tua glorificatione.

¶ Quinto cōſidera quali forma patitur. ⁊ ipſuz induere per aſſimilationis amictum. Paſſus eſt enim ſicut verus agnus.

Libentiſſime reſpectu proximi.
Seueriſſime. reſpectu ſui.
Obedientiſſime / reſpectu patris.
Prudentiſſime / reſpectu aduerſarii.

Stude igitur ad habendum habitum ſm effigi

em imitationis chriſti. ſcilicet
Benignitatis.
Seueritatis.
Humilitatis.
Perſpicacitatis.

¶ Sexto conſidera quāta ſint que patitur ꝛ crucem amplectere per paſſionis deſideriū ꝫ vt ſicut chriſtus paſſus eſt
Vincula. vt impotens omnipotentia.
Conuicia. vt vilis bonitas.
Ludibria. vt ſtulta ſapientia.
Supplicia. vt iniqua iuſticia.

Sic ꝛ tu ꝯſidera paſſionē cruci. hoc eſt paſſionē Plenam
Iniurijs in rebus.
Contumelijs in verbis.
Ludibrijs in ſignis.
Supplicijs in tormentis.

¶ Septimo conſidera quid ex hoc conſequitur ꝙ patitur. ꝛ veritatis radium intuere per cōtemplationis oculum. Quoniā ex hoc ꝙ agnus paſſus eſt ſeptē ſignacula libri aperta ſunt. Apocal. v. Liber iſte eſt vniuerſalis rerum noticia. in qua ſeptē erāt clauſa homini. que quidē ſunt per paſſionis xpi efficaciam reſcrata. ſcꝫ Deus admirabilis. Spiritus intelligibilis. Mundus ſenſibilis. Paradiſus deſiderabilis. Infernus horribilis. Virtus laudabilis. Reatus culpabilis.

¶ Primo eniꝫ deus admirabilis manifeſtatus eſt nobis per crucem eſſe ſumme ꝛ inſcrutabilis ſapientie. ſumme ꝛ irreprehenſibilis iuſticie. ſumme ꝛ inenarrabilis miſericordie. Summa eñ ſua ſapientia decepit diabolum. Summa ſua iuſticia queſiuit redemptionis precium. Summa ſua miſericordia ꝓ nobis tradidit filiuꝫ ſuum: Que ſi diligenter ꝯſiderent. deū nob clariſſime manifeſtāt

¶ Secundo ſpiritus intelligibilis nobis manifeſtatus eſt per crucem. ſm̄ diffrentiā triplicē. ſcꝫ Quāte
Sit benignitatis. quātū ad angelos
Sit dignitatis. quātū ad homīes.
Sit crudelitatis. quantuꝫ ad demones.
Nam Angeli permiſerunt crucifigi dominū ſuum. Dei filius crucifixus eſt ꝓpter genus humanum. Et hoc ad crudelē ſuggeſtionem demonum.

¶ Tertio mūdus ſenſibilis nobis manifeſtatus eſt ꝑ cruceꝫ. qm̄ eſt locus tenebrarū plen⁹ in quo Regnat
Cecitas. quoniam lucem veraꝫ ꝛ ſummam non cognouit
Sterilitas. qm̄ ieſum chriſtum tanꝙ infructuoſum deſperit.
Impietas. quoniaꝫ deum ꝛ dominum ſuum ꝛ amicum ꝛ innocentem damnauit ꝛ interfecit.

¶ Quarto paradiſus deſiderabilis nobis mani
feſtatus eſt per crucem. In qua eſt

Faſtigium totius glorie.
Spectaculum omnis leticie.
Promptnarium omnis opulentie.

Unde deus ꝑpter illā habitationem nobis reſti-
tuendam. factus eſt pro nobis homo. ſcilicet

Uilis.
Miſer.
Pauper.

In quo celſitudo abiectionē induit, iuſticia rea
tum ſubijt: opulentia egeſtatem ſuſcepit. Nam al
tiſſimus imperator accepit ſeruitutē abiectam vt
ſublimaremur in gloriam. Iuſtiſſimus iudex ſub
ijt reatum penaliſſimum. vt iuſtificaremur a cul-
pa. Opulentiſſimus dominus ſuſcepit egeſtatē
extremam, vt locupletaremur in copia.

¶ Quinto infernus horribilis manifeſtatus eſt
nobis per crucem locus vtiqꝫ plenus.

Omni
Egeſtate ⁊ penuria.
Uilitate ⁊ ignominia.
Calamitate ⁊ miſeria.

Unde ſi neceſſe fuit hec chriſtum pati ꝑpter pec-
cati deletionē. multo fortius oportet hec pati dā
natos ꝑpter iuſtā meritorū ſuorū retributionem.

¶ Sexto manifeſtata eſt nobis per crucem vir-
tus laudabilis. quantum ſcilicet

Sit
Precioſa.
Specioſa.
Fructuoſa.

Uere
Precioſa. quia potius voluit xp̄s
vitam corporalem perdere q̄ vir-
tuti contraire.
Specioſa. quia in ipſis contume-
lijs relucebat.
Fructuoſa. quia vnus actus perfe
cte virtutis infernum ſpoliauit. ce-
lum aperuit: perdita reſtaurauit.

¶ Septimo manifeſtatus eſt nobis per crucem
reatus culpabilis. quantū ſit deteſtabilis. cum
ad ſui remiſſionem indigeat.

Tam
Magno precio.
Grandi piaculo.
Difficili medicamento.

Ecce igitur habes quō in cruce oīa manifeſtā-
tur ſi bene ad hec ſeptē reducant. Oīa enī ad hec
ſeptem reducuntur. Unde ipſa crux vere beata

Eſt
Clauis.
Porta.
Uia.
Splendor veritatis.

Quam qui deuote ſibi tollit. ⁊ ſequitur chriſtum
iuxta modum pāſſignatum. non ambulat in tene
bris. ſed habebit lumen vite.

Radus aũt perueniẽdi ad dulcorẽ
charitatis ſunt iſti ſeptem.ſcilicet
Vigilantia ſolicitans.
Confidentia confortans.
Concupiſcentia inflamans.
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans.
Leticia delectans.
Adherentia conglutinans.

In quibus hoc ordine progredi debes.q̃ vis ad
ꝑfectionẽ charitatꝭ ⁊ amorꝭ ſpũſſancti ptingere.
¶ Primo ergo neceſſe eſt vt vigilantia te ſolici-
tet.ꝓpter ſponſi promptitudinẽ.adeo vt poſſis di
cere illud ps. Deus deus meus ad te de luce vi-
gilo. Et illud ſponſe Cant.v. Ego dormio ⁊ cor
meũ vigilat. Et illud Eſa.xxvj. Anima mea deſi
derauit te in nocte.ſed ⁊ ſpirit⁹ me⁹ in precordijs
meis de mane vigilabo ad te. ¶ Secundo vt cõ
fidentia te confortet.ꝓpter ſponſi certitudinem.
adeo vt vere poſſis dicere. In dño cõfido. Et il-
lud. In te dñe ſperaui. Et illud Job.xiij.c. Etiaꝫ
ſi occiderit me in ipõ ſperabo. ¶ Tertio vt concu
piſcentia te inflamet ꝓpter ſponſi dulcedinẽ.adõ
vt poſſis dicere. Sicut ceruus deſiderat ad fon-
tes aquaruꝫ:ita deſiderat aĩa mea ad te deus. Et
illud Canti.viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Et
illud. Quia amore langueo. ¶ Quarto vt excedẽ

tia te eleuet.ꝓpter ſpõſi celſitudinẽ.adeo vt poſ-
ſis dicere cũ ps. Quã dilecta taberna. tua dñe ꝟ.
Et illõ Cant.j. Trahe me poſt te ⁊c: Et illõ Job
vij. Suſpendium elegit aĩa mea ¶ Quinto vt cõ
placẽtia te quietꝫ.ꝓpter ſpõſi pnlchritudinẽ adõ
vt poſſis dicerẽ illud ſpõſe Cant.iij. Dilect⁹ me⁹
mihi ⁊ ego illi. Et illud Cantic.v. Dilect⁹ meus
candidus ⁊ rubicund⁹ electus ex milib⁹. ¶ Sex
to vt leticia te delectet.ꝓpter ſponſi plenitudineꝫ
adeo vt poſſis dicere. Scdm multitudinem dolo
rum meorũ in cor.m.cõſo.t.le.a.m. Et illõ. Quã
magna multitudo dul.tue dñe. Et illud.ij. Co-
rinthi.vij. Repletus ſum cõſolatiõe ſupabundo
gaudio ⁊c. ¶ Septimo vt adherẽtia te congluti
net ꝓpter amorꝭ ſpõſi fortitudinẽ.adeo vt poſſis
dicere illõ ps. Mihi aũt adherere deo bonũ eſt.
Et illud pauli. Quis nos ſepabit a charitate xpi
¶ In his enĩ gradib⁹ ordo eſt.nec ſtatus eſt an-
te vltimũ.nec ad illum puenitur.niſi p gradus in
termedios.⁊ mutuo ſe pariũt. Et in primo viget
cõſideratio.in ceteris vero ſequentib⁹ dñatur af-
fectio. Vigilantia enĩ ꝯſiderat ꝙ honeſtum:ꝙ cõ
ferens:ꝙ delectabile ſit diligere deum. Et ex hoc
quaſi nata cõfidentia parit concupiſcẽtiã. et illa
excedentiã.quouſqꝫ pueniatur ad copulã.⁊ oſcu
lũ ⁊ amplexuꝫ dilecti ⁊ amantiſſimi. ¶ Gradus
pertinentes ad purgationem ſic diſtiguuntur.

¶ Poſſunt autem dicti gradus aliter diſtingui. ⁊ quaſi in idē redeunt. vt primo diſtiguātur gradus purgationum ſic.

Propter
Flagicium erubeſce.
Judicium contremiſce.
Damnum ingemiſce.
Remedium implora ſubſidium.
Aduerſarium extingue incendium
Brauium anhela martyrium.
Umbraculum approxima ad xp̄m

¶ Gradus pertinentes ad illuminationem ſic diſtinguuntur. Nota.
Quis patitur. ⁊ credens captiuare.
Qualis qui patitur, ⁊ cōdolens amaricare
Quātus qui patitur, ⁊ ſtupens admirare.
Qua de cauſa patitur, ⁊ cōfidens precare.
Quali forma patitur, ⁊ ſequens aſſimilare.
Quanta que patitur. ⁊ ardens amplexare.
Quid ad hoc conſequitur ꝙ patitur. ⁊ intelligens contemplare.

¶ Gradus vie vnitiue ſic diſtinguuntur.
Te
Vigilantia ſolicitet. propter ſponſi promptitudinem.
Confidentia corroberet. propter eius certitudinem
Cōcupiſcētia inflamet. ꝑp̄t ei⁹ dulcedinē.
Excedentia eleuet. ꝑpter ei⁹ celſitudinem.
Cōplacētia alliciat ꝑp̄t ei⁹ pulchritudinē
Leticia inebriet. ꝑp̄t amor ei⁹ plenitudinē
Adherētia ꝯglutinet. ꝑp̄t ei⁹ fortitudinem
Ut dicat ſemꝑ deuota aīa in corde ⁊ in ore ſuo.

Ad dn̄m
Te quero.
In te ſpero.
Te deſidero.
In te conſurgo.
Te accepto.
In te exulto.
Tibi finaliter adhereo.

¶ Nota ꝙ gradus ꝑficiendi poſſunt etiā aliter diſtingui ſm̄ triplicē diffrentiam triplicatā tripli ci hierarchie conſonā. Naꝫ cuilibet proficere volenti neceſſaria ſunt tria. ſcilicet
Amaritudo
Gratitudo
Similitudo
Et hoc poſt lapſum. Si enim homo non peccaſſet. duo ſufficerēt. ſcꝫ gratitudo ⁊ ſimilitudo. Gratitudo videlicꝫ ꝑpter gratiā. Similitudo vero ꝑpter iuſticiaꝫ. Sed nūc etiā neceſſaria eſt amaritudo ꝑpter medicinaꝫ. Peccata eñ per delectationem ꝑpetrata. non poſſunt purgari aliquo mō aut deleri. niſi econtrario per afflictionē ⁊ amaritudinem.

In ipſa autem amaritudine debet.
Ponderatio malorum commiſſoruꝫ propter proprias nequicias.

Eſſe Perpeſſio dolorum propter xpi anguſtias
Poſtulatio remediorum propter proximi miſerias:

In gratitudine aūt ſimili modo debet.

Admiratio beneficiorum propter creationem de nihilo. Cone de pctō.

Eſſe Accumulatio meritorū propter repati-
Actio grarum ppt ereptionē de inferno.

Creatio ad imaginem.

Fuit eni Redemptio p pprīū ſanguinem
Ereptio vſqz ad celi altitudinē.

In ſimilitudine etiam pari modo debet eſſe
Aſpect⁹ veritatis eleuat⁹ ad ſuperiora
Affect⁹ charitatis dilatat⁹ ad exteriora
Act⁹ virilitatis ordinat⁹ ad interiora

Eleuatio ad ſuperiora debet diligenter fieri per aſpectum veritatis. et hoc

Contemplationem dei. intelligentia
Per Circūſpectionem vniuerſorū. ſcientia
Captiuationē iudiciorum. fide formata

Item dilatatio ſeu extenſio circa exteriora debet fieri diligenter per affectum charitatis. et hoc

Appetitum deliciarum celeſtiū. ſapiētia
Per Amplexum rationabilium. amicicia
Cōtēptū voluptatū carnaliū. modeſtia:

Item ordinatio ſiue exercitatio circa interiora debet fieri diligenter per actum virilitatis. et hoc

Aggreſſum difficilium. ſtrennuitate
Per Actum laudabilium. magnanimitate.
Amplexum humilium. humilitate.

Purgatio autem in amaritudine.

Contritio reſpectu ſui debet eſſe dolorosa per triſticiam. propter mala prementia teipſum. chriſtum et proximum.

Cōpaſſio reſpectu xpi. dz eſſe timorosa p reuerētiā. ppter iudicia latētia. et tm ſcilicet incerta. ſicut tempus dies et hora.

In q̄ eſt

Cōmiſeratio reſpectu proximi debet eſſe clamorosa p confidentiam. ppter patrocinia ſemper parata per deum. per chriſtum. et per ſuffragia ſanctorum.

Illuminatio in ſimilitudine in qua eſt aſpectus veritatis prime. qui debet

Erectus ad incomprehenſibilia.
Eſſe Extentus ad intelligibilia.
Exinanitus ad credibilia.

In qua etiam eſt affectus charitatis qui debet

Erectus ad deum.
Eſſe Extentus ad proximum.
Exinanitus ad mundum.

In qua etiam eſt actus virilitatis. qui debet

Erectus ad commendabilia.
Eſſe Extentus ad communicabilia.
Exinanitus ad contemptibilia.

¶ Sequitur perfectio in gratitudīe
in qua eſt Vigilantia exurgens ad canticum, pꝛo
pter beneficioꝛum vtilitatem. Leticia exultās ad
iubilum ꝓpter donoꝛū ꝑcioſitatē. Beniuolentia
accendens ad amplexuꝫ. ꝓpter dātis liberalitatē
¶ Nota ꝙ aſpectus veritatis debet eſſe erectus
ad incompꝛehēſibilia. ⁊ hec ſunt myſteria ſumme
trinitatis. ad que erigimur contemplando ea. ⁊ hō
dupliciter. Vel ꝑ poſitionē. vel ꝑ oblationē. Pꝛi-
mū ponit Auguſtin⁹. ſcd̄m Dioniſi⁹. Per poſiti
onem ꝑmo intelligimus in diuinis eſſe quedā vt
cōmunia. quedam vt ꝓpꝛia. quedā vt appꝛopꝛia
ta-quedam ſunt media inter hec ⁊ illa. Intellige
ergo ⁊ comtemplare ſi potes circa deuꝫ commu
nia. ⁊ vide quoniaꝫ deus eſt Eſſentia pꝛima. Na
tura ꝑfecta. Vita beata. Que neceſſariam habent
cōſequentiā. Iterum intende ⁊ vide ſi potes. qm̄
deus eſt Eternitas pꝛeſens. Simplicitas replēs
Stabilitas mouens. Que ſimiliter conſequentiaꝫ
habent ⁊ cōnexionem naturalem. Poſtremo attē
de ⁊ vide qm̄ deus eſt Lux inacceſſibilis. Mens
inuariabilis. Pax incompꝛehēſibilis. Que non
tantū eſſentie vnitatem. ſed etiam includunt ꝑfe-
ctiſſimam trinitatem. Lux quidem tanq̄ parens
generat ſplendoꝛem. lux auteꝫ ⁊ ſplendoꝛ pꝛodu
cunt caloꝛeꝫ. ita ꝙ caloꝛ pꝛocedit ab vtroqꝫ licet

nō per modum pꝛolis. Si ergo deus vere lux eſt
inacceſſibilis. vbi ſplendoꝛ ⁊ caloꝛ eſt ſubſtantia
ibi hypoſtaſis vere in deo eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpi-
rituſſanctus. Que ſunt ꝓpꝛia diuinarū ꝑſonaruꝫ
Mens etiā tanq̄ ꝑncipiuꝫ cōcipit ⁊ ꝓducit a ſe
verbum. a quibus emanat amoꝛis donū. Et hoc
in omni mente ꝑfecta eſt repꝛire. Si ergo deus eſt
mens inuariabilis. planum eſt in deo eſſe pꝛinci-
pium pꝛimū. verbū eternū. ⁊ donū ꝑfectū, q̄ ſunt
ꝓpꝛia diuinarū ꝑſonarū. Pax etiā includit nexū
plurimoꝛū. Perfecte aūt necti nō poſſunt niſi ſi-
miles. Similes autē eſſe nō poſſunt, niſi ambo a
tertio. vel vnus ab altero. Sed in diuinis nō poſ
ſunt ambo eſſe a tertio eodē mō. Neceſſe eſt ergo
ꝙ ſi in diuinis eſt vera pax ꝙ ibi ſit pꝛima oꝛigo
eius imago, ⁊ vtriuſqꝫ connexio. Deinde in diui-
nis ſunt appꝛopꝛiata ſm̄ triplicem differentiam
Pꝛima appꝛopꝛiata ſūt. Vnitas. Veritas. Bo
nitas. Attribuitur vnitas patri, quia oꝛigo. Ve-
ritas filio, quia imago. Bonitas ſpirituiſancto.
quia connexio. Secunda appꝛopꝛiata ſunt. pote
ſtas: ſapientia: voluntas. Attribuit̄ poteſtas pa-
tri, quia eſt pꝛincipium. Sapientia filio, quia eſt
ꝟbum. Voluntas ſpirituiſancto. quia eſt donuꝫ.
Tertia apoꝛopꝛiata ſunt. altitudo: pulchꝛitudo:
dulcedo. Attribuitur altitudo patri ꝓpter vnita-
tem ⁊ poteſtatem, nihil enim aliud eſt altitudo ꝙ̄

ſingularis ⁊ vnica ptãs. Pulchritudo filio pro
pter veritatem ⁊ ſapientiam. Nam ſapientia mul
titudinem idearũ. veritas aũt equalitatem inclu-
dit. Pulchritudo ãt nihil aliud eſt ꝙ̃ equalitas
numeroſa. Dulcedo ſpirituiſſancto. ꝓpter bonita
tem ⁊ voluntatẽ. Ubi eñ ſumma bonitas eſt iun
cta cum voluntate. ibi eſt ſumma charitas ⁊ ſum-
ma dulcedo. ¶ Eſt igitur in deo Altitudo terri-
bilis. ⁊ hic eſt ſtatus erectiõis. Pulchritudo mi
rabilis. ⁊ hic eſt ſtatus contemplationis. Dulce
do deſiderabilis. ⁊ eſt ſtatus glorificatiõis. Hec
igitur erectio per viam affirmatiõis. Sed alia eſt
eminẽtior ꝑ viã negatiõis. Quoniã vt dicit Dio
niſius. Affirmatiões incõpacte ſunt. Negatiões
vero licet minus videantur dicere. plus tamẽ di-
cunt. Et hic modus erectionis eſt ꝑ abnegatio-
nem trium. ita ꝙ in negatiõibus illis ſit ordo. in
cipiendo ab inferioribus vſqꝫ ad ſuperiora. Eſt
etiã ſupemĩnẽtis poſitiõis incluſio. Ut cum dici
tur. deus nõ eſt quid ſenſibile ſed ſuperſenſibile
nec imaginabile ſed ſuperimaginabile. nec intelli
gibile ſed ſuperintelligibile. nec exiſtens hoc vel
hoc. ſed ſuper omĩe ens. Et tũc veritatis aſpect⁹
fertur in mẽtis caliginẽ. ⁊ altius eleuatur ⁊ pro-
fundius egreditur. pro eo ꝙ excedit ſe ⁊ omĩe cre-
atum. Et hic eſt nobiliſſimus eleuatiõis modus
Sed tamẽ ad hoc ꝙ ſit ꝑfectus ꝑ̃exigit alium ſi-

cut ꝑfectio illuminationẽ. ⁊ ſicut negatio affirma
tionē. Hic autẽ modus aſcendendi tanto eſt vi
goroſior. quanto vis aſcendens eſt intimior. tan
to fructuoſior. quãto affectio proximior. Et idõ
vtile valde eſt in illa exerceri. Ut ergo in hac ele-
uatione veritatis aſpectus ſe valeat exercere. No-
ta ꝙ in prima hierarchia veritas eſt aduocanda
per gemitum ⁊ orationem. ⁊ hoc eſt angelorum.
Audienda per ſtudium ⁊ deuotionem. ⁊ hoc eſt
archangelorũ. Annũcianda per exemplum ⁊ pre
dicationẽ. ⁊ hoc eſt ꝑ̃ncipatuũ. In ſecunda hier
archia veritas eſt Adeunda per refugium ⁊ com
miſſionem. ⁊ hoc eſt poteſtatum. Apprehenden-
da per zelum ⁊ emulationem. ⁊ hoc eſt virtutum
Aſſocianda per ſui contemptum ⁊ mortificatio-
nem. ⁊ hoc eſt dominationũ. In terciã hierarchia
veritas eſt Adoranda per ſacrificium et laudem.
⁊ hoc eſt thronorum. Admiranda per exceſſum
⁊ contemplationem: ⁊ hoc eſt cherubin. Amplex
anda per oſculũ ⁊ dilectionẽ. ⁊ hoc eſt ſeraphin.
Nota diligenter ꝑ̃dicta qm̃ in illis eſt fons vite.

**Finit paruum bonũ. vel regi-
men conſciẽtie ſancti Bona-
uenture qð vocat̃ fons vite.**

¶ Incipit opus contemplatõis doctoris ſeraphici ſancti Bonauẽture per hebdomadam.

¶ Feria ſecunda. Flos primus
Jeſus ineffabilis perſona trinitatis.
¶ Ad matutinum attende. Tres fructus.
Perſonarum trinitatem in eſſentia diuinitatis.
Perſonarum equalitatẽ in excellẽtia maieſtatis
Perſonarum eternitatem in pmanentia immutabilitatis. Flos ſecundus.
Jeſus actor mirabilis in omnibus creatis.
¶ Ad primam attende. Tres fructus.
Dei potentiam in rerum creatione.
Dei ſapientiam in ipſarum ordinatione.
Dei beniuolentiam in vniuerſi perfectione.
Flos tertius.
Jeſus factor amabilis humane dignitatis.
¶ Ad tertiam attende. Tres fructus
Angelicam diuiſionem in ſtatus differentia.
Humanã trangreſſionẽ in temptatiõis violentia
Humanam retributionem in meritorũ exigentia.
Diuinam
Flos quartus.
Jeſus promiſſus patribus ſaluator deſperatis.
¶ Ad ſextam attende. Tres fructus.
Humanam calamitatẽ in multa deordinatione.
Demonis importunitatẽ in multa perſecutione.
Diuinam pietatem in frequenti repromiſſione.
Flos quintus.
Jeſus promotor prouidus materne dignitatis.
¶ Ad nonam attende. Tres fructus
Marie mirabilẽ cõceptionem abſq; inquinatõe.
Puelle mirabilẽ educationẽ in templũ oblatiõe.
Virginis mirabilem deſponſationem ioſeph copulatione. Flos ſextus.
Jeſus aulam ingrediens clauſe virginitatis.
¶ Ad veſperas attende. Tres fructus.
Trinitatis dignationem in condeſcenſione.
Angeli ſalutationem cum deuotione.
Marie reſponſionem humili ſubmiſſione.
Flos ſeptimus.
Jeſus iohãnem viſitans vtriſq; nondum natis.
¶ Ad completoriũ attende. Tres fructus.
Puerorum cõuenientium in vtero exultationem.
Matrũ occurrentiũ in myſterio cõgratulationẽ.
Patrum audientium myſterij admirationem.
¶ Oratio. Aue ieſu verbũ dei: factor orbis ſalus rei: pmiſſus diuinitus: honor matris: incarnatus de maria. nõdum natus pcurſori agnitus
¶ Feria tertia flores ⁊ fructus arboris ſanctiſſime vite. Flos primus.
Jeſus mundũ ingrediens in bethleem ẽ natus
¶ Ad matutinum attende Tres fructus
Naturarum conuenientium diuerſitatem.

Circumſtantiarum concurrentium congruitate.
Miraculorum atteſtantium nouitate.

Secundus flos.

Jeſus cultro vim patiens. ab euo ſic vocatus.
¶ Ad primam attende  Tres fructus
Legis grauem rigorem in ſua obſeruatione.
Pueri magnum honorē in nominis impoſitione
Parentum magnū dolorē in pueri circūciſione.

Flos tertius

Jeſus magis ſol oriens p ſtellā eſt monſtratus.
¶ Ad terciam attende  Tres fructus
Magorū magnam diligētiam p puero videndo
Judeorū magnā inſipientiā qđ norūt refellendo
Piorū magnā indigentiam defectus ſuſtinendo

Flos quartus

Jeſus cum pare turturum legaliter oblatus.
¶ Ad ſextam attende  Tres fructus
Offerentium miram humilitatem ꝛ deuotionem.
Oblatorum miram dignitatem ꝛ ſignificationē.
Recipientium mirā iocunditatem ꝛ exultationē.

Flos quintus

Jeſus occiſis pueris in egyptum fugatus.
¶ Ad nonam attende  Tres fructus
Herodis ꝛ iudeorum emulationē xp̄m pſequēdo
Puerorū ꝛ matrū eiulationē in pueros pdendo.
Piorum exulationem in egyptum fugiendo.

Flos ſextus

Jeſus in templo perditus paret matri vocatus.
¶ Ad veſperas attende  Tres fructus
Jeſu mirabilem ſapientiam in iudeos docendo.
Parentū incōſolabilē diligentiā ī puerū q̄rēdo
Filij imitabilem obediētiā piā matrē ſequendo

Flos ſeptimus

Jeſus iordanis flumine iohanne baptizatus.
¶ Ad completoriū attende  Tres fructus.
Baptizati ſublimem dignitatē ī lato teſtimonio
Baptiſte pfundam humilitatē in ſuo preconio.
Baptiſmatis grandē ſanctitatē in ſuo myſterio
¶ Oratio  Aue ieſu puer natus. circūciſus viſitatus a magis, legaliter immolatus effugatꝰ matri parens. baptizatus in aqua realiter.
¶ Feria quarta flores ꝛ fructꝰ. Flos primus.
Jeſus deſerto abſtinens a demone temptatur.
¶ Ad matutinum attende  Tres fructus.
Jeſu abſtinentiam in corporis domatione.
Jeſu ſapientiam in hoſtis confutatione.
Jeſu reuerentiam in angelorum miniſtratione.

Secundus flos

Jeſus notus diſcipulis ad nuptias vocatur.
¶ Ad primam attende  Tres fructus
Jeſu prudentiam in diſcipulorum vocatione.
Apoſtolorū obedientiam in prompta imitatione
Matris beniuolentiam in vini procuratione.

Flos tertius.

Ieſus doctoꝛ circuiens laboꝛe fatigatur.
¶ Ad tertiam attende  Tres fructus
Doctoꝛem veraciſſimum moꝛibus ⁊ ſermone.
Laboꝛem grauiſſimum in circuitione.
Populum rudiſſimum in infoꝛmatione.

Quartus flos.

Ieſus paſtoꝛ reficiens a turbis frequentatur.
¶ Ad ſextam attende  Tres fructus
Paſtoꝛem benigniſſimum ſolicitum pꝛo grege.
Populum ſolicitum pꝛo tempoꝛali rege.
Ieſum laudis incurium que fit humana lege.

Flos quintus.

Ieſus infirmos medicans a ſcribis repꝛobatur.
¶ Ad nonam attende  Tres fructus
Medici diligentiam medicinam gratis dantis.
Moꝛbi peſtilentiam quotidie augmentantis.
Infirmi negligentiam medicinam nō curantis.

Flos ſextus.

Ieſus nature imperans demoniis minatur.
¶ Ad veſperas attende  Tres fructus
Ieſu miram potentiam qua demones coegit.
Rerum obedientiam quas pꝛecepto ſubegit.
Miram experientiam illoꝛum quos elegit.

Septimus flos.

Ieſus coꝛam diſcipulis monte tranſfiguratur.
¶ Ad completoꝛium attende  Tres fructus.
Teſtium auctoꝛitatem in viſu ⁊ ſermone.
Ieſu magnam claritatem in tranſfiguratione.
Diſcipuloꝛum iocunditatem in dicta viſione.
¶ Oꝛatio.  Aue ieſu in deſerto degēs vocās in apto paſtoꝛes ⁊ p̄dicās·turbas paſcēs·egros curās·demoniacos cōiurās.mōte te clarificans

¶ Feria quinta floꝛes ⁊ fructus.  Flos p̄mus.

Ieſus iumento inſidens ploꝛat rex honoꝛatus.
¶ Ad matutinum attende  Tres fructus
Ieſu miram humilitatem in eius aſinatione.
Turbe obſequioſitatem in pꝛoceſſione.
Vꝛbis tante calamitatem in lachꝛymatione.

Flos ſecundus

Ieſus templum ingrediens mēſas vertit iratus.
¶ Ad pꝛimam attende  Tres fructus
Ieſu exemplaritatem in templi viſitatione.
Ieſu dignā auctoꝛitatē in phariſeoꝝ cōfutatiōe
Ieſu amandam pietatem in adultere defenſione.

Flos tertius

Ieſus ſuſcitat lazarum a martha hoſpitatus.
¶ Ad tertiam attende  Tres fructus
Iudeoꝛum ingratitudinē in eſuriētis expulſione
Soꝛoꝛum amaritudinem in lazari ſuſcitatione.
Ieſu miram gratitudinem in hoſpite cōſolatiōe.

Flos quartus.

Ieſus in domo ſimonis vnctus donat reatus.
¶ Ad ſextam attende  Tres fructus
Marie penitentiam in publica contritione.

Phariſei falſam reuerētiam in ieſu rep̄henſione
Ieſu piā ſententiam in peccatricis excuſatione.

Flos quintus

Ieſus matris ſuſpiria ſolatur perturbatus.
¶ Ad nonam attende   Tres fructus
Matris deſolationem cum pia ſupplicatione.
Filij conſolationē cum pia excuſatione.
Diſcipulorum cōpaſſionem cū pia admiratione

Flos ſextus

Ieſus a iuda venditus. a iudeis damnatus.
¶ Ad veſperas attende   Tres fructus
Iude cupiditatem in magiſtri venditione
Iudeorum iniquititatem in ſua emulatione.
Ieſu longanimitatem in humili permiſſione.

Flos ſeptimus

Ieſus incena ſeruiens ſuis panis ſacratus.
¶ Ad completorium attende   Tres fructus.
Charitatis beneficium in ieſu miniſtratione.
Prauitatis veneficium in iude obſtinatione.
Pietatis exercitium in diſcipulorum deuotiōe.
¶ Oratio.   Aue ieſu ſuſcitator vinctus. cul-
perclarator. rex aſello inſidens/ zeluꝫ habens cō-
ſolator matri. vēdit⁹: ſacrator panis: cenā faciēs
¶ Feria ſexta flores ⁊ fructus   Flos primus.
Ieſus orans circūdatus captus ⁊ ſubſanatus.
¶ d matutinum attende   Tres fructus
Ieſu p̄ceſſum doloroſum in pene preguſtatione

Luporum acceſſum doloſum in agni captione.
Diſcip̄lorū receſſuꝫ timoroſuꝫ in mḡri d̄relictōe

Flos ſecundus

Ieſus coram iudicibus ſpretus ⁊ accuſatus.
¶ Ad primam attende   Tres fructus
Phariſeorum iniquitatem in ſua inquiſitione.
Ieſu miram humilitatem in ſua reſponſione.
Diſcipuloruꝫ anxietatem in magiſtri p̄ſecutione

Flos tertius

Ieſus flagellis liuidus conſputus coronatus.
¶ Ad tertiam attende   Tres fructus
Ieſu innocentiam ſine excuſatione.
Iudicum ſententiam ſine ratione.
Malorum truculentiam ſine miſeratione.

Flos quartus

Ieſus damnatus crucifer. eſt cruci conclauatus
¶ Ad ſextam attende   Tres fructus
Patientis violentiam in triplici grauitate.
Pendentis irreuerentiaꝫ in nephanda ſocietate
Miram impenitentiam gentis obſtinate.

Flos quintus

Ieſus morte mirabilis. agnus patri oblatus.
¶ Ad nonam attende   Tres fructus
Quam pie ieſus condidit in cruce teſtamentum.
Quā libere ſe obtulit patri per tormentum.
Quā grande mundi pertulit machina lamentum

Flos ſextus

Jeſus aperto latere eſt cruci declauatus.
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Corpus pendens exanime abſqꝫ omni decore
Aquam aperto latere fluentem cum cruore
Corpus de crucis ſtipite tollentes cũ merore.

Flos ſeptimus

Jeſus vnctus cum lachrymis in tumulo locatꝰ.
¶ Ad completorium attende Tres fructus.
Materna deſideria in corporis obſeruatione.
Deuota miniſteria in ſepulchri preparatione.
Planctus ⁊ ſuſpiria in corporis tumulatiõe.
¶ Oratio Aue ieſu orans ꝓſtratus coram turbis accuſatꝰ: factus plagis liuidus: agnꝰ cruce eleuatꝰ: moriẽs ĩde delatꝰ in ſepulchro poſitꝰ.

¶ Sabbato Flos primus

Jeſus victor ad inferos: calcãs hoſtes trãſiuit.
¶ Ad matutinum attende Tres fructus
Saluatoris imperium in morte triumphando.
Patrum deſiderium in ieſum expectando.
Angelorum miniſterium in iter preparando.

Flos ſecundus

Jeſus parentum vincula cum gaudio contriuit
¶ Ad primam attende Tres fructus
Inferni vlulationem in eius fractione.
Demonum confuſionem in prede reſignatione.
Patrum exultationem in paradiſi apertione.

Flos tertius

Jeſus matri diſcipulos meroribus vniuit.
¶ Ad tertiam attende Tres fructus
Matris dolorem intimũ in lacrimis fundendo.
Fratrum timorem maximum ⁊ inſimul latendo.
Judeorum furorem peſſimũ in ſciõs ꝓſequendo

Flos quartus

Jeſus ſui memoriam tormentis ſtabiliuit.
¶ Ad ſextam attende Tres fructus
Loci vilitatem in ieſum perdendo.
Tormentorum atrocitatem in xp̃m puniendo.
Militum ferocitatem in plagas inferendo

Flos quintus

Jeſus teſtes multiplices poſt morteꝫ acquiſiuit
¶ Ad nonam attende Tres fructus
Judeorum diſceptationem in ſignis q̃ viderunt
Mortuorum reſurrectionem qui apparuerunt.
Fidelium confirmationem qui xp̃o crediderunt.

Flos ſextus

Jeſus feruorem magdalene ⁊ omnium preſciuit
¶ Ad veſperas attende Tres fructus
Diſcipulorum reuerentiam in matris cõſolatiõe.
Mulierum diligentiã in vnguenti preparatione
Militum inſipientiam in ſepulcri munitione.

Flos ſeptimus

Jeſus ſolutis patribus ad tumulum rediuit.
¶ Ad completorium attende Tres fructus
Patrum piam ꝓmiſſionẽ in tumuli regreſſione.

Corporis glorificationē in eius reaſſumptiōe·
Cuſtodum confutationem in lapidis amotione.
¶ Oratio   Aue ieſu mors leene. ſolus orbis
planct⁹ plene linquēs teſtimoniū in tormētis ꝛ ple
ne ne peat crux magdalene ſpes rſumēs tumulū
¶ Dñica die ad matutinū.   Primus flos
Ieſus ſurgens apparuit ſuis glorificatus.
¶ Ad matutinū attende Tres fruct⁹ hui⁹ floris
Diſcipulorum anxietatem in ieſu recordatione.
Magiſtri benignitatem in frequenti apparitione
Omnium iocunditatem in crebra confortatione.
¶ Secundus flos ad primam
Ieſus ſcandit ad dexteram patri rex honoratus
¶ Attende   Tres fructus eius.
Amoroſam dilectionem dum ſuos conſolatur.
Doloroſam afflictionem dum ieſus ſeparatur.
Angelorū congratulationē dum ieſus exaltatur.
¶ Ad tertiam. Tertius flos cū fructibus ſuis
Ieſus emiſſo ſpiritu per orbem predicatus.
¶ Attende
Donorū magnitudinem ad piorum cōfortationē
Linguarū multitudinem ad fidei pdicationem.
Miraculorū valitudinem ad gentiū cōuerſionē.
¶ Ad ſextam   Quart⁹ flos cū fructibus ſuis.
Ieſus ſuper angelicos matrem exaltat ſtatus.
Attende
Sanctorum diligentiā in domini occurſu.

Filij reuerentiam in materno amplexu.
Matris excellentiam in filij conceſſu
¶ Ad nonam quintus flos cum fructibus ſuis
Ieſus in celi curia pro nobis aduocatus.
Attende
Ieſu ſolicitudinem in noſtra prouiſione.
Humanam ingratitudinem in gratiarumactione
Finis incertitudinem in meriti expectatione.
¶ Ad veſperas   Sextus flos cū fructib⁹ ſuis
Ieſus iudex equiſſimus rex omnibus prelatus.
Attende
Infallibilem veritatem in dijudicando·
Inuincibilem poteſtatem in remunerando·
Inflexibilem equitatem in perſeuerando.
¶ Ad completorium ſeptimus flos cū eius fru-
Ieſus ſctōrum glīa finis deſideratus   ctibus
Deliciaꝝ abūdātiā cū xᵃ trāqllitate.
Attende   Amicoꝝ ꝯcordiā cū mera charitate.
Eternam perſeuerentiam cum ſincera
iocunditate.   ¶ Oratio.
¶ Aue ieſu ſurgens leo. ſcandens mittens pro
tropheo ſpiritum, glorificans matrem. iudex iu-
ſtus. deo patri aſtās. pro me reo, finis beatificās
Amen.   Finit opuſculum ſancti Bonauentu-
re meditationum.

¶ Explicit paruũ bonũ: ſiue regimẽ conſcientie: quod vocatur fons vite vna cum ope contemplationis. ad omnes horas canonicas per totaȝ hebdomadam a ſeraphico doctore ſancto bonauentura editum. ad per maximã vtilitateȝ in vita ſpiritua-li proficere cupientium/ in Monaſte rio beate Marie virginis de monte ſerrato/ ordinis ſancti benedicti de obſeruantia. Impreſſum per Johã neȝ luſcher alamanũ. Sub impenſis eiuſdem monaſterij. Anno domini Milleſimo quadringẽteſimo nona-geſimonono. xxvij. menſis Maij

Deo gratias.

UNIVERSIDAD Y PROVA
BIBLIOTECA.
DE ZARAGOZA.